

Johann Georg Scherer

Disputatio Iuridica De Reconventione

Giessae: Chemlinus, 1620

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756690390>

Druck Freier  Zugang





N. N. 2 (149.)

1. Rivin, retractum legalem in latione locum non habere.
2. Rivin, an et quatenus mortis reus tormentis deus subijciendus sit?
3. Rivin, de clerico cambiante.
4. Arnold, de probatione per scripturam privatam.
5. Billeb, de iure divino sacris Impm. Exaltationibus et praepri-
mis ordinatione ecclesiast. Pomeraniae,
6. Pinnius, de renuntiationibus sacerdotum, praecipue inter
illustres nobilesque Familias usitatis.
7. Birnbaum, de iure pupillarum singulari.
8. Boornmester, de erroribus historicorum gentiliū in rebus
sacris referendis.
9. Voigt, de presbytero legitimo ordinationis ministro et prae-
scripto iuris divini et humani.
10. von Sprengel, de Fortitione
11. Steinwich, de iuribus civitatum.
12. Scherer, de reconventionem.
13. Scherer, de litis contest. et iuramento calumniae.
14. Wildvogel, de tutela dativa.
15. Wildvogel, an et quomodo princeps bonus bonis privato-
rum promissore debeat?
16. Sieffl, de iudice per accidens competente
17. Wildvogel, de commodato filii, ob cuius dote musti Cuius Invenit
In stua qum Gabonij qm mulesuam.

18. Wildvogel, de statibus provincialibus, cum Rudolphi.
19. Wildvogel de tesora Fruventaria.
20. a Diefeldorf, de potestate statuum imperium protestanti-
um circa matrimonia fabricatorum.
21. Ocelln, matrimonium infideli contradicens juri
naturae.
22. Badin, de restringenda libertate matrimonii in-
cendi una Cuiusdam Langsdor Congruit in Gaurvort/an
23. Bonhoeffer, de jure venandi & madum servitatis
juris publici in territorio alieno ejusque usum abusu
24. Hahn, de pignoris et hypothecis.
25. Hahn, de fideicommissis familiae,
26. Tabor, de constitutione repetitione et privilegio
dotis.
27. Lemerer, de obfignatione judiciali.
28. Lincovius, de jure retentionis.
29. Lemerer ad disp. de jure cesso.
30. Lemerer, de jure cesso.
31. Lemerer, ad disp. de quaesitionibus.
32. Lemerer ad disp. de actionibus in rem.
33. Lemerer de actionibus in rem.
34. Schnabel, de fideiussoribus.

DISPUTATIO JURIDICA

De

RECONVEN-
TIONE,

Quam

D. O. M. A.

EX

DECRETO ET AUTORITATE NOBI-
LISSIMÆ, ET AMPLISSIMÆ FACULTA-
tis Juridicæ in Florentissimâ Univer-
sitate Giessenâ

Pro

*Summo in utroq; jure gradu & privilegiis
Doctoralibus consequendis*

Publicæ disquisitioni subjicit

JOHANNES GEORGIUS SCHERER
COBURGENSIS FRANC.

Ad diem 9. Novemb. in auditorio Actorum, horis consuetis.



G I E S S Æ,

Typis exscribat CASPARUS CHEMLINUS;

M D C XX.



ILLVSTRISSIMO ET CELSIS-
SIMO PRINCIPI AC DOMINO,
Domino,

JOANNI CASIMIRO
DUCI SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ
ET MONTIUM, LANDGRAVIO THURINGIÆ,
Marchioni Misniæ, Comiti Marchiæ ac Ra-
venspurgi, Domino in Ravenstein
&c. Domino suo Clemen-
tissimo

*In humilimam sui subjectionem hanc disputatio-
nem inauguralem*

dedicat & offert

Johannes Georgius Scherer.

M D C XX

D. M. A.
DISPUTATIO JURIDICA

De
Reconventione

THESIS I.



UM omnis quæ de re aliqua instituitur disputa-
tio à definitione debeat proficisci, ut eò melius
id, de quo disceptatur, cognosci queat Cic. lib. 1.
offic. primo loco, disputationem de reconven-
tione, quæ jure divino Luc. 6. v. 31. Matth. 7. v. 12.
naturali, quod inter omnes homines equalitatẽ,
cõstituit l. 32. de R. l. civili l. 22. ff. de judic. l. 1. §. ult.

ff. qua sent. sine appellat. l. 14. C. de sentent. & interlocut. Novell. 96. c. 2. tit.
30. Ordin. Cam. part. 3. sub rubr. von der Gegenklag / vñnd wie in der
selben procedirt werden soll Hillig. ad Donell. lib. 17. comment. 18. lit. E.
& seqq. Mognat. tr. de reconvent. quest. 4. Dissent. Ant. Fab. 20. conject.
5. & 8. & canõnico permilla & licita est r. 1. ext. de mut. petit. c. cum di-
lectus c. ult. de ordin. cognit. c. dispendia §. reus quoq; de rescript. in 6. Clem.
sapè §. verum de V. S. c. cujus in agendo caus. 3. quest. 8. instituens, ejus de-
finitionem tum nominis tum rei subjiciendam puto.

2. Dicitur autem reconventio à reconveniẽdo. Quem-
admodum enim dicitur actor reum convenire, ita reus dicitur acto-
rem reconvenire vicissim contra ipsum actione intentata. Vocatur
alio nomine mutua petitio l. neque 6. C. de compensat. l. 1. C. rer. amot. t.
Decret. de mut. petit. Facis namque reconventio, ut mutua petitio sit
inter litigantes. Vmm. in disp. de process. judic. 10. de reconvent. thes. 1. n. 1.
Donell. 17. comment. 18. Moller. ad constit. Elector. 7. p. 1. n. 1. Aliter Ma-
rian. Socin. ad rubr. tit. decret. de mut. petit. nu. 1. statuit ubi non solum
recon-

reconventionem, sed etiam conventionem per mutuam petitionem re citius explicari putat, quia mutua petitio non est nisi & conventio & reconventio adsit, verum si hoc argumento id probaretur quod intendit *Socin.* etiam per reconventionem & conventio denotaretur Germanicè appellatur ein *Gegenklage* p. 3. *ordin. Cam. tit. 30. ein Wiederklage Consist. Elector. August. 7. p. 1.*

3. Definitione nominis jam præmissa, rei definitio proponenda venit. Est igitur reconventio rei conventi adversus actorem durante conventionis iudicio vicissim sub eodem iudice instituta. *Actio Petr. Frider. Mindan. de process. extrahend. lib. 3. c. 6. n. 5. Gisebert de reconvent. c. 4. n. 3. Vulte. lib. 2. Jurisp. Rom. c. 30. n. 75.*

4. Genus proinde huius definitionis aptissimum puto actionem propter *cap. 2. vers. et si nos autē ext. de ordin. cognit. tū* quia competit ei definitio actionis, qua definitur quod sit jus persequendi in iudicio quod sibi debetur *l. 51. ff. de O. & A. pr. Inst. de actio. tum etiam quia conventio est actio arg. l. 45. ff. de R. V. l. 7. §. 1. & §. imo 5. C. de praescript. 30. vel 40. annor. l. ult. in princ. C. de annal. except. Petr. Frider. Gisebert. dd. loc. Clariss. Dn. D. Hunn. præceptor meus honorandus in resol. disput. Treutl. vol. 1. disput. 25. thes. 13. lit. B. Hering. de fidei iuss. c. 20. §. 6. n. 14. Thoming. decis. 16. n. 20.*

5. Cum itaque jam dictum, quod reconventionis genere tē constituatur actio, malè ab Interppr. quibusdā asseritur esse exceptionē, utpote quæ nihil persequitur, minuitq; tantum intentionem agentis *l. 2. & 3. de except. cum nunquam actionis verbo cōtineatur exceptio l. verbum 8. in fin. ff. de V. S. & exceptio vel tollat actionē, vel suspendat, unde etiam Pontifex in. d. c. cum dilectus vers. nos autem ext. de ordin. cognit. probè observandum ait, utrum reus libellum per viam exceptionis, aut verò actionis proposuerit Gisebert. d. c. 4. num. 5. & seqq.*

6. Quare improprie loquuntur & illi, qui reconventionem ipsam appellant vel secundam conventionem, respectu sc. conventionis primò ab actore factæ, vel ejusdem iudicii intuitu, vel cōpensationis quandam speciem, quatenus sc. huius quodammodo causa dicitur, & quatenus actoris arbitrium in conveniendo coram aliquo iudice reus sua reconventionem quasi recompensat eligendo sibi in agendo eundem iudicem *Clariss. Dn. Præcept. Boccer. class. ult. disp. 21. de reconvent. thes. 7. Donell. 17. comment. 18.*

7. Hinc

7. Hinc jam constare puto quidnam respondendum ad quaestionem à Dd. motam: an statutum municipale disponens de actione seu conventionione, intelligatur etiam de reconventionione? Quod enim de genere asseritur, id de omnibus ejus speciebus dictum intelligitur: non obstante eo, quòd statuta, strictam recipiant interpretationem c. qua à jure de R. 1. in 6. l. quod verò ff. de LL arg. l. 1. §. licet vers. sed si sciente ff. de exercit. action. hoc siquidem verum est, quatenus statuta derogant aliquid juri communi, vel id corrigunt per c. cum dilectus 8. vers. caterum extr. de consuetud. Geil. 2. obser. 33. Giseb. d. c. 4. num. 16. & seqq.

8. Unde clausula appellatione remota in causa conventionis apposita extenditur etiã ad reconventionē c. 2. ext. de mut. petit. & ibi Panormit. n. 11. Petr. Frider. Mindan. d. lib. 3. de continent. caus. c. 7. n. 18. in fin. modo ea explicetur de frivola & levi, non de gravi & justissima secundum Geil. 1. obser. 33. n. 5. Iason. in l. 3. §. si quis pro suo n. 4. & 5. ff. quod quisq. jur. & c. Gisebert. d. tr. c. 23. Verum si hæc admitteretur interpretatio, clausula ista videtur esse frustratoria, cum alias etiam sine ea appellatio frivola rejiciatur à jure l. ejus qui 4. ff. de appellat. recipiend. l. & publicariū 8. C. quor. appellat. non recip. c. eū appellationib. 5. de appellat. in 6. Myns. cent. i. obser. 3. in fin. Cothman. vol. 1. consil. 36. n. 59. & seq. ubi plures allegat Dd. Ampli. Dn. D. Hunn præcept. & fautor meus atern. colendus in resolut. Treutl. vol. 3. disput. 23. th. 4. q. 31. Menoch. de arbitr. judic. quaest. lib. 2. cas. 197. n. 1. Lancelot. de arbit. appellat. pendent. c. 12. in limitat. 7. Ferrinac. in prax. crimin. lib. 1. q. 38. n. 23.

9. Subjicitur porro in de finitione rei conventi adversus auctorem: quia reconveniri tantum illi possunt qui sunt ejusdem litis in contrarium participes. Novell. 96. c. 2. §. 1. ibi si quis obnoxium arbitratur habere eū & auct. consequenter vers. si vicissim & ipsum & c. C. de sentent. & interlocut. Petr. Frid. Mindan. d. loco conclus. 5. n. 8. Dissent. Accurs. in l. 2. §. Sed etsi verb. compelluntur ff. de judic. & in l. non distinguemus 32. §. item si quis ff. de recep. arbitr. Sed de his plurib. ubi de personis qui reconvenire possunt agetur.

10. Additur præterea in definitione reconventionis, coram eodem iudice expediendam esse: cujus enim in agendo observat arbitrium cum habere & contra se iudicem in eodem negotio non dedignetur. l. 4. cum auct. & consequenter C. de sentent. & interlocut. l. si

idem 11. §. 1. ff. de jurisd. l. qui non cogitur 22. ff. de judic. Novell. 96: §. sancimus c. 2. l. 1. §. ult. ff. qua sentent. sine appell. rescind. c. dispendia 3. vers. reus quoque de rescript. in 6. Gisebert. d. tr. c. 4. n. 22. 23.

11. Adjicitur denique durante judicio per. e. 1. & 2. ext. de mut. petit & LL. supra allegat. p. 3. ordin. Camer. tit. 30. de quibus omnibus paulo post plura proponentur.

12. Divisiones quod attinet variè Dd. dividunt reconventionem: Quidam enim quadruplicem reconventionem statuunt. De civili ad civilem: de criminali ad criminalem, de civili ad criminalem, de criminali ad civilem Marian. Socin. ad c. 2. extr. de mutu. petit. Moliqnat. tr. de reconvent. quaest. 8. Item aliam præjudicialem & obstructivam, in qua prius procedendum, aliam simplicem: sic aliam connexam aliam separatam faciunt: Et hæc divisiones ex materia & causis de quibus reconventio instituitur desumptæ: Item à modo aliam fieri dicunt per viam exceptionis, aliam verò proponi per viam actionis: A subjecto aliam à reo aliam ab auctore proponi Barth. in d. l. 14. & Auth. consequenter C. de sent. & interlocut.

13. Verum si rem exactius considerare & ponderare velimus intelligemus veras & genuinas species reconventionis has non esse, sed cum generalis sit omnium actionum affectio, tot ejus esse genera quot sunt & ipsarum actionum. Quemadmodum igitur variæ sunt actionum distributiones, quarum omnium primaia duo genera deducitur reales sc. & personales §. omnium ubi Vultei. & Clarif. Dn. Hunn. Præceptor meus æternum observandus & Dd. communiter Inst. de action. ita etiam reconventio vel est actionis in rem vel actionis in personam Gisebert. d. loco c. 5. n. 1. & 2.

14. Alii deinde & communiter quidem reconventionem dividunt in propriam, quæ parili & simultaneo ductu instituitur & si fieri possit, finitur Clement. sæpè §. verum in verb. exordio de V. S. Bald. in l. non solum §. morte colum. 6. ff. de oper. nov. nunciat. atque in propriam quæ quodocunque durante tamen judicio conventionis rectè instituitur finitque præscriptionem, imprimis actionum temporalium & causam cognoscendam & decidendam judici alias incompetenti competenter insinuat cap. dispendia §. reus ibi durante judicio per consequens igitur ad sententiam usque definitivam de rescript.

rescript. in 6. arg. c. pastoralis ext. de caus. possess. & proprietat. c. cum dilectus ext. de fid. instrum. sed redolent hæc potius processum & formam introducendi reconveniendi actiones mutuas quam variant alterve species.

15. Tertio dicunt aliam veram esse seu naturalem, quoties actor ex persona propria jure agentis coram iudice non suo reconvenitur: Aliam quasi sive civilem, quando actor alia etiam ex causa forte propter continentiam causæ & connexarum actionum eundem iudicem requirit *Hackelm. disp. jur. canon. 5. thes. 3.* Verum hæc divisio non posse subsistere videtur, & permiscere jus reconventionis cum continentia causarum, quæ duo accuratè discernenda. Non enim agnoscenda ista quasi reconventio seu civilis, cum forum & jurisdictio ibi non ordinetur virtute reconventionis & mutua petitionis, sed vi continentia de qua *Petr. Frider. Mind. in libr. singular.*

16. Majorem sanè dubitationem habet an compensatio sit reconventionis species: propter *l. 6. C. de compens. l. 1. C. rer. amotar.* verissima tamen videtur negantium opinio: toto siquidem genere differunt reconventio & compensatio. Reconventio enim est actionis species, ut supra demonstratum: compensatio verò non est actio, sed modus potius actiones tollendi *l. 4. C. eod. l. 2. in pr. l. 22. ff. de except. Clarif. Dn. Præcept. Hunn. in not. ad w. Wesenb. ff. de compens. numer. 9.*

17. Neque refragantur supra citata leges: quia non loquuntur de compensatione, quæ ipso fit jure, de qua *d. l. 4.* & supra quaestio proposita est, sed agitur de compensatione, quæ per factam mutuam petitionem sive reconventionem institutam officio iudicis inducitur. *S. in bona fidei 30. ubi Zas. n. 6. Inst. de action. l. 1. §. 4. ff. si pars hered. petat. l. Mavius 51. §. 2. ff. famil. hercisg.* Et sic hæc compensatio officio iudicis facta non appellatur mutua petitio eo sensu, quod idem sit reconventio & compensatio quoad initium & formam: sed quia propter mutuam qualitatis petitionem factam per reconventionem officio iudicis ultro citro que inducitur *Gisebert. d. c. 5. num. 9. & 10. Dissert. Wesenb. in π. d. locon. 9. Vultei 2. jurispr. Rom. 30. n. 75. Iason. ad l. est receptum ff. de jurisdict.*

18. Unde

18. Unde Dd. has sequentes differentias inter reconventionem & compensationem constituunt. I. Quod reconventio sit rei litig. otæ incertæ & non liquidæ: compensatio vero proprie tantum rei liquidæ, aut de proximo liquidandæ l. fin. C. de Compens. §. in bona fidei 30. & ibi Dd. Inst. de action. Gothman. consil. 18. n. 366. & 397. vol. 1. Coler. ad c. 1. n. 19. & seqq. exir. de except. Mascard. de probat. vol. 1. conclus. 334. II. Reconventio non fit ipso jure, sed introducitur ita ut tunc demum facta censeatur, quando vicissim petum a & tuncve est: compensatio vero ipso fit jure d. §. 30. & ibi Zas. n. 5. Inst. de action. l. fin. C. de compensat. Dn. D. Hunn. in resol. disp. Treutl. vol. 1. disput. 25. thes. 10. lit. F. III. Qui compensationem opponit is fatetur se debitorem, cum compensatio nihil aliud sit quam debiti & crediti contributio l. 1. ff. de compensat. l. 30. ff. de condict. indebit. facit etiam huc l. 6. ibi petitioni mutua l. 8. vers. mutuo debita quantitas l. 12. ibi invicem debiti C. de compensat. l. 2. l. 22. ff. eod. qui autem reconventionem instituit is minimè fatetur se debitorem. IV. Et eotiã differunt compensatio & reconventio, quod qui vult compensare is non potest excedere fines vel quantitatem rei petite: Compensatio enim tantum fit in concurrente quantitate l. si constat 4. l. invicem 12. C. de compensat. Petr. Wesenb. consil. 17. num. 21. at reconventio potest excedere fines & quantitatem conventionis.

19. Ex his tamen non rectè colligit Accurs. in d. l. cum Papinianus 14. verb. cognoscatur C. de sentent. & interlocut. Gothofred. ad l. 3. ff. de compensat. quod reus non possit ante reconventionem uti si quid ab actore debeat, quam si compensatio quocunque modo cesset, ut quæ ipso jure minuat petitionem agentis d. l. 4. & l. ult. in princ. C. de compensat. §. in bona fidei 30. Inst. de action. contrarium siquidem probat l. 8. §. 2. ff. de negot. gest. l. 18. §. ult. ff. commod. l. 7. §. 1. ff. de compensat. l. ult. §. 1. vers. hoc itaq. C. eod. Nostri enim arbitrii est, utrum compensare, an petere velimus l. 1. §. 4. ff. de contrar. tutel. action. l. 3. C. eod. l. 2. C. de in lit. dand. tut. Scharf. in d. l. cum Papin. n. 12. Cujac. 13. observ. 7. Gisebert. de reconvent. c. 6. n. 2. & 3. Vmm. in d. disp. de reconvent. thes. 1.

20. Nec quicquam etiam importat ratio dissentientium. Quod enim dicitur, compensationem fieri ipso jure, id tunc verum est quan-

quando ab alio opponitur non quidem per modum exceptionis, sed per modum allegationis causæ, ob quam sc. reus conventus actione nulla teneatur: alias namq; iudex huius rei ignarus non potest compensationis rationem habere *Clariss. Dn. Præceptor Hunn. in d. resolut. Treutl. d. d. sp. 25. thes. 10. lit. F. cum eam non possit divinare ut loquitur Zas. in d. §. in bona fidei. 30. n. 8. Inst. de action.*

21. Ut autem eò melius hæc materia intelligi possit, quatuor huius disputationis membra proponimus. 1. qui reconvenire vel reconveniri possint. 2. coram quo iudice reconventio institui debeat. 3. quibus in causis reconventio locum habeat. 4. Quò tempore & quo processu reconventio fieri debeat, & tandem de fine & effectu pauca addam.]

22. Quod primum huius disputationis membrum attinet reconvenire omnes possunt, qui agendi facultatem habent *l. 1. 2. & 3. tit. ut. C. qui legum. person. stand. in judic. ubi Cujac. & Wesenbec. in w. modo ipsi prius ab actore conventi fuerint d. l. si i. lem 11. §. 1. ff. de iurisdic. d. l. qui non cogitur 22. ff. de iudic. Novell. 96. §. sancimus c. 2. d. l. 14. junct. anth. & consequenter C. de sentent. & interlos. l. 1. §. ult. ff. qua sentent. sin. appellat. §. 6.*

23. Unde constat minus rectè *Accurs. in thes. 19. alleg. loco.* asserere quod actor aliquem conveniens non modo ipso reo, sed & quibusvis aliis coram eodem iudice respondere teneatur, tum, quia cum inter actorem & reum controversia existit, atq; hi soli invicem in iudicio, respectu sc. competentia iudicis contrahere intelliguntur *l. 3. §. 11. de pecul. non ita contrahi potest, ut alter suo nomine rectè agat, cum quo contractum non est: tum etiam quia res inter alios acta aliis neque prodest neque nocet. tit. ut. res in alios act. & c. Gisebert. d. tr. de reconvent. c. 29. n. 14. & seqq. Vmm. in d. disp. thes. 2. n. 6. in fin.*

24. Cæterum cum hoc sit ex classe & numero permissorum quilibet conventus præsumitur posse reconvenire donec à negante vel prohibente doceatur contrarium, ideo priori loco adjiciam qui prohibeantur reconvenire *arg. §. 1. Inst. de nupt. §. 6. 7. 8. 9. 10. Instit. d. inutilib. stipulat. l. 43. §. 1. ff. de procurat. l. 1. ff. de postuland.*

25. Quia verò legitimam personam standi in iudicio non habent servi *§. item inutilis 6. Inst. de inutilib. stipulat. l. 1. s. nulla 4. ff. de iudic. l. 107. de R. l. 1. servi 14. de O. & A. l. 6. & seq. C. de iudic. l. 3. §. 8. ff. de pecul. cum nec supplicationes Imperatori offerre facile possint. l. 1.*

in pr. C. de precib. imp. offerend. exceptis quibusdam casibus l. 53. ff. de
judic. Item pupillus & minor sine autoritate tutorum & curatorum
l. 1. & 2. C. qui legitim. person. stand. in judic. & alii similes, facile constat
hos reconventionem instituere non posse.

26. De excommunicato bannito & proscripito, cum hi re-
cte conveniri possint, ne sc. videantur de sua malitia commodum re-
portare c. intelleximus 7. & ibi gl. ext. de judic. res magis dubia videtur,
an conventus possit auctorem suum reconvenire? Quod negandum
per text. in c. cum inter 5. in fin. & ibi Dec. n. 40. & seq. ext. de exception.
ne sc. quod in defensionis remedium sustinetur ad impugnationis
materiam extendatur per d. c. cum inter Geil. l. 2. de pac. publ. c. 12. n. 30.
Petr. Frider. Mind. d. loc. c. 6. num. 7 Gisebert. d. loc. c. 7. Boser. clas. ult. di-
sp. 21. thes. 14.

27. Et hoc verissima est de bannitis seu proscripitis imperii
welche von wegen des gebrochenen Landfriedens in des Reichs Acte
vñ Oberacht gerhan sein. Hi. n. ab Imperatore ex toto orbe Christia-
no banniti censentur, ut in nullo regno securitate gaudere possint,
Reichs Abschied zu Erfurd de anno 1567. §. wir wollen auch ibi esse
die Könige als ic. atque omnibus beneficiis juris civilis exuuntur &
omnium libidini exponuntur Ordin. Camer. p. 2. tit. 9. §. so jemand ibi
so halt anch der oder dieselbe Geil. 1. lib. de pac. public. c. 6. n. 14. & c. 11. eod.
lib. sicq; extra clientelam & protectionem juris communis & im-
perii sunt Myns. cent. 3. observ. 52. & decad. 2. respons. 20. Clarif. Dn.
Reintingf preceptor meus honorandus in suo tract. de potestat. secul. & Ec-
clesiast. lib. 1. clas. 5. c. 6. n. 125. & seqq.

28. Proscripti verò ab inferiore aliquo principe Romano è
Ducatu & civitate cum amittat tantum jura municipalia & propria
ejus territorii ex quo relegati sunt. Bannum enim unius civitatis nò
potest auferre jura in loco sibi non subdito: extra territorium nam-
que jus dicenti impunè non parerit l. final. ff. de jurisd. Schneid. ad S.
cum autem n. 12. & 13. Inst. quib. mod. jus patr. potest. solv. Scharf. ad l. 1.
n. 15. C. de hered. instituend. Gisebert. d. loc. n. 9. & seq. Unde rectius etiam
proscriptiones, relegationes & deportationes quam banna appel-
lantur, Geil. d. c. 6. n. 12. Dn. Reintingf d. loco n. 124. si alibi quam in
loco à quo relegati sunt conveniantur reconventionem instituere
possunt arg. l. 3. ff. de interd. & relegat. Gisebert. d. loc. n. 11.

29. Cæterum quod supra positum bannito non compete-
re beneficium reconventionis *Petr. Frider. Mind. d. loco limitat nisi*
fortè bannitus vel excommunicatus, appellando, protestando &c.
contra banni declaratoriam sese defendat, atque juris via tueatur
nulliter se & iniquè in bannum declaratum esse. Isto enim casu do-
nec declaratoria renovetur pro bannito vel excommunicato non
habetur, ac proinde rectè non modo convenire sed & reconvenire
potest. Nam legitima contra sententiam defensio puta appellatio
provocatio, revisio &c. Omnem sententiæ vim & effectum suspen-
dit *l. præcipimus 32. §. hac si appellatio 3. C. d. appellat. l. 3. C. eod. l. 1. §. final.*
ff. ad secundum Turpill. l. 1. ff. nihil innovand. appell. interpos. c. pastoralis 53.
ext. de appellat. Marant. in prax. aut. p. 6. tit. de appellat. n. 173.

30. Hac tamen limitatione opus non esse asserit *Melbec. in*
disput. sua de reconvent. axiomat. 4. definit. 6. Nam necesse est, ut inquit,
vel competat recepta que sit ejus provocatio, vel minus: Priori casu
quia bannitus revera non est, effectu, vi & efficacia sententiæ con-
demnatoriæ provocatione suspensis *per LL. in i. bes. præcedenti allegat.*
de eo quoq; quæ de bannito prædicantur (civem nim. Roma-
num amplius non fore, hostem haberi imperii, nec agendo per-
sonam aliquam in judicio sustinere posse *l. amissione 5. §. 1. ff. de capit.*
de l. minut. Geil. de pac. publ. lib. 2. c. 12. n. 1. & 2.) dici non possunt. Poste-
riori verò, in hypothesi, ritè duntaxat, quibuscumque etiam ex me-
ritis, res siquidem judicata pro veritate accipitur *l. ingenuum 25. ff. de*
stat. homin. condemnatum, ejusque appellatione explota, nihil ju-
vabunt murmura &c. Sed notanda hic est à Dd. recepta distinctio
inter appellationem quæ habet effectum suspensivum, & quæ de-
volutivam *Ampliss. Dn. Hunn. in resolut. Trent. vol. 3. disp. 23. thes. 2.*

31. De reconvento deniq; auctore queritur, an illi jus recon-
veniendi cõperat: Et licet actor in libello super plurib. actionib. si-
mul & semel cumulatis convenire reum possit *c. dispendia de rescript.*
in 6. l. heredes 25. §. 4. & seq. ff. famil. hercisun. Geil. 1. obser. 63. n. 1. 2. & 3.
Obrecht. de formand. & concipiend. libell. c. 24. n. 45. & seq. tamè reconve-
tus vicissim reconvenientem reconvenire non potest, ne sc. taliter
modus litium multiplicatus summã atq; ineffabilem faciat difficul-
tatem *l. singulis 6. de except. rei judic. & ut in multis juris articulis infi-*
nitas improbetur *c. in multis in princ. de rescript. in in 6. neq; morta-*
liter permaneant litigãtes. *Novell. 96. c. 2. in fin. prim. gloss. in auth. & con-*

sequuntur. verb. eundem & ibi Br. n. 8. ubi LL. & CC. ita tenere ait C. de sent.
& interloc. Spec. in § fieri n. 4. & 5. & § nūc dicamus 2. n. 13. tit. de reconvent.
lib. 3. p. 1. Marian. Socin. ad c. 1. ext. de mut. petit. n. 4. 2. ubi rationes & de-
clarationes Tiber. Decian. cons. 49. n. 50. vol. 2. Petr. Frider. Mind. de contin-
ent. caus. lib. 3. c. 6. n. 9. & 16.

32. Hoc tamen quod modo dictum limitatur, nisi reconven-
tionis causa mutua sit, quæ ex necessitate jungi & simul pertractari
debeat cum conventione arg. l. 1. ff. de jurisd. l. 10. C. de jud. aut si qua
ex ipsa rei reconventionem actori reconventio nova nascatur actio, aut
ei præjudicium creetur, maximè si absq; illius incidentis quæstionis
examine de meritis primæ reconventionis constare non possit, ut E.
G. si me contra te agentem reconvenias de injuriis, quod die 6. Julii
in publico te sub noctem atrocissime pulsaverim, tu v. eodem die a-
libi crimen comiseris, ex eo te iterum reconveniri posse, quia sc. inte-
conventi defensionem criminis istius allegatio incidit, existimat P. Frid.
Mind. d. loc. n. 17. ubi etiã aliis hoc illustrat exemplis Gisbert. d. c. 7. n. 6.

33. Reconveniri a possunt omnes actores qui sua sponte reos
conveniunt, nec speciali aliquo privilegio & singulari concessione se
exemptos demonstrant, licet alias ratione personæ judex ille cõpetens
non sit c. cū dilectus ext. de arb. l. cū Papinianus 14. C. sent. & interloc. Nov.
96. c. 2. §. 1. in princ. c. 2. ext. de mut. petit. l. 22. ff. de judic. Nihil enim in
iniquius reo & eopiam agendi, pendente lite, & reconveniendi si-
mul facultatem adimere.

34. Unde manifestum fit, eum tantem actorem reconveniri
posse, qui sua sponte & libitu alteri litē movit, & non vi vel dolo ad-
versarii circumventus, cõpulsus & coactus agit arg. l. 1. in fin. prin. & l.
22. ibi non cogitur ff. de jud. Gisbert. tr. de reconvent. c. 2. n. 17. & seqq.

35. Invitus a. agere is propriè dicitur, qui ab alio, cujus nihil in-
terest ad agendum vel accusandum cogitur Cujac. in π. C. ad tit. ut nemo
invit. vel cui dolo & fraude injuria aut damnum aliquod eo animo &
fine à reo callidè fuit illatum, ut hoc nomine ab eo coram suo judice
conventus vicissim illum hujusjuris dictioni subjiciat sicq; actorem
ad respondendum ad intentatã reconventionem cogat Gisbert. d. c. 2. n. 21.

36. Et hoc quod sc. actor coram judice rei conventi reconveniri
possit, adeò verum est, ut & Clericus coram judice laico possit & debeat
reconveniri per tex. generalitatem & rationes in can. a. cusatores 1. §.

cujus

cujus in agendo caus. 3. q. 8. c. 1. & 2. de mut. petit. Clement. sapè vers. verū de
verb. significat. c. dispendia 3. de rescript. in 6. & text. expressum in Novell.
123. c. 25. Marant. c. 4. distinct. 7. n. 53. Geil. 1. observ. 37. n. 6. Myns. cent. 2.
observ. 67. vers. Primus est ubi etiam ita communiter observari asserit,
Prosper. Farin. in pract. crimin. q. 8. à n. 99. ad 101. Gifob. d. tract. c. 11. Vinc.
de Franc. decis. 193. Felin. in c. ar. si clericici n. 8. cum seq. extr. de judic. ubi am-
plissimè in utramque partem disputat Consultissimus Dn. Hunn. Præcep-
tor & fautor meus honorand. in resolut. disput. Treutl. vol. 1. disp. 12. thes. 9.
lit. D. Petr. Frid. Mind. d. lib. 3. c. 6. n. 9. Marian. Socin. ad c. 1. à n. 24. ad n. 32.
extr. de mut. petit.

37. Et hoc in tantum obtinet ut Clericus succumbens etiam
in expensas condemnari possit Felin. Marant. n. 54. dd. locis nec pœni-
tentia nec renuntiatio ne litis actor judicium reconventionis declina-
re possit; quia semel ad verlarium jus fuit quaesitum, nisi litem planè
deseruerit per l. si post mortem 10. §. fin. vers. cum enim semel ff. de honor.
possess. contra tab. arg. l. 4. & ibi Dd. C. de pract. Marant. d. loco n. 55. Menoch.
de arbitr. judic. quaestio. lib. 1. q. 44. n. 5. Mind. d. loco n. 11. Iason. & Dd. in l.
3. in princ. colum. fin. ff. quod quisque jur. Grav. pract. conclus. lib. 1. conclus.
38. confid. 7. n. 8.

38. Insuper etiam ampliatur à Dd. prædicta sententia, ut non
modo reconveniri possit clericus coram seculari iudice super eadem
re, sed etiam super penitus diversa Grav. d. conclus. 37. pract. obser. conf. 7. n.
3. 4. & 5. Ubi etiam hujus limitationem aliquam adjicit, de qua
paulo post.

39. Extendit præterea Grav. d. loco. n. 7. hanc sententiam, ut
si reconventioni noluerit respondere Clericus, quod ipsi etiam de-
negetur audientia in conventionione. Vinc. de Franch. dict. decis. 193. n. 16.

40. Unde etiam Clericus conveniens & reconventus coram
iudice seculari secularibus & statutariis legibus ejus loci
ubi causa agitur tenetur Ferdinand. Vasqui. lib. 4. illustr. controvers. cap. 5.
n. 20. & seqq. Grav. d. confid. 7. n. 9. & conclus. 129. Ampliss. Dn. Bocer. Præ-
ceptor meus honorandus d. disput. de reconvent. th. 20.

41. Cæterum ejus quod dictum, clericum convenientem
alium coram iudice seculari posse reconveniri coram eodem iudice
Specul. in tit. de reconvent. §. nunc dicamus vers. sed pone Clericus, sequen-
tes proponit limitationes: Et primò asserit, quod Clericus reconve-
niri non possit in causa spirituali, seu quando reconventio tangit cau-

lam spiritualem vel illi annexam: Tunc enim ex defectu jurisdictionis cessat reconventio *Gray. d. loc. n. 10. Fel. n. ad d. c. at si Clerici n. 10. de judic. Marant. d. loc.*

42. Secundò limitat prædict. *Speculat.* Ut in criminalib. reconventio seu reaccusatio clericum accusantem Laicum coram seculari non obliget ad respondendum vel innocentiz deductionem alleg. *Dd. Quod etiam eò Farin. in pract. crimin. q. 8. n. 100.* extendit, ut Clericus nec reconventi queat in causa criminali civiliter intentata *Gray. d. loc. n. 12. § 13.*

43. Verum quod jam propositum, Clericum criminali actione, quæ infamat vel capitalis est reconventi non posse iterum sub hac limitatione accipiendum putat *Giseb. d. c. 11. n. 33. in fin. si sc. crimè sit canonicum vel agatur de pœna canonica infligenda: de his enim iudex laicus cognoscere non potest: secus si pœna esset civilis vel pecuniaria: sed huic sublimitationi refragari videtur c. 1. de cler. conj. n. 6.*

44. Tertio restringit & limitat *supra alleg. Specul. d. loc.* quando se. laicus conventionem in se intentatam, studio dolo & eo animo procuravit, ut vicissim Clericum coram suo iudice reconvenire possit per *c. relatum 21. §. ad hoc extr. de iure patron. & proposita in thes. 33. 34. & 35. Farinac. d. q. 8. n. 101. Dn. Bocer. d. disp. th. 21. Gray. d. loc. n. 11.* ubi has ampliationes & limitationes in nostris etiam curiis frequentes esse asserit. Plures limitationes videri possunt apud *Farinac. alleg. q. 8. n. 99. & seqq.*

45. De studiosis etiam quaeritur, an hi agentes coram iudice seculari sive Magistratu oppidano vicissim coram eodem possint reconventi? Et verior videtur sententia negativa, quam etiam defendit *Clariss. Dn. Hunn. Præceptor meus colendus in tract. de privileg. studios. c. 2. q. 3.* Propter *auth. habita C. Nec fil. pro patr.* ubi expressè constituitur, ut si quis litem scholaribus super negotio movere velit, is audeat magistratum scholasticum: jam autè is qui conventus est à studioso si vicissim eum conveniat rectè dicitur movere litem studioso super aliquo negotio, atque sic *d. auth. habita & de conventionibus & reconventionibus* est interpretanda: quæ sententia & eò magis est recipienda quod pertineat ad privilegia studiosorum, quæ in summo gradu favorabilia esse debent, extendenda & amplianda, cum & alias beneficia principis liberalitate indulta quam plenissimè sint accipienda *l. penult. ff. de constit. Princip. c. odia de R. I. in 6. Dissent. Dn. Bocer. d. B. disput.*

disput. th. 22. Matth. Stephan. de jurisd. lib. 3. p. 2. c. 12. n. 43. Giseb. d. tr. c. 12.

46. Civis tamen oppidanus si studiosum coram suo ordinario magistratu conveniat reconveniri non prohibetur propter generalem regulam positam in l. 22. ff. de judic. d. l. cum Papinianus 14. C. de sentent. & interlocut. à qua nuspian excipitur civis oppidanus conveniēs studiosum: maximè cum aliàs deterior esset conditio studiosi, quam cuiusve levissimæ conditionis hominis, ipsiq; beneficium à divina Imperatoris indulgentia cōcessum, quod aliàs quam plenissimè interpretari debemus d. l. 3. de const. Pr. maximè quod ob singularem personarum favorem, & utilitatem publicam, cuiusmodi & hoc privilegium, indultum est, in ejusdem odium deroteretur contra l. quod favore 6. C. de LL. & l. nulla juris ratio 25 ff. eod. Dn. Præcept. Hunn. d. loc. q. 4. Bocer. th. 24. Giseb. n. 5 & seqq. dd. loc. Matth. Steph. de jurisdic. d. c. 12. n. 39. Dissent. Pac. in d. auth. habita c. 9. n. 15. C. Ne filius pro patr.

47. Eandem etiam ob causam Principes & alii Imperii status, licet privilegiatam habeant instantiam austregarum Ordinat. Camer. p. 2. tit. 2. tamen si corā Camera, vel alio aliquo inferiore iudice quem conveniant coram eodem reconventionem excipere tenentur, nulla privilegii habita ratione: Apertè namq; in Ordin. Camer. part. 3. tit. ult. constitutū, quod in omnib. casib. iudicarij processus nominatim non expressis in Ordin. Camerae juris cōmunis observantia sit retinenda: Jā de proposita facti specie in Ordinatione Camerae nihil speciatim est constitutū: proinde sequēda dispositio juris cōmunis, qua actor nulla obstante fotti prescriptione ac privilegio reconveniri potest corā iudice rei d. l. cum Papinianus 14. & d. l. 22. ff. de jud. Petr. Frider. Mindan. d. lib. 3. c. 6. n. 12. Treutl. vol. 1. disput. 25. th. 13. lit. E. & ibi Dn. Præcept. Hunn. Gisebert. d. tr. c. 8. Dissent. Si hard. in d. l. cum Papin. 41. n. 9. Denais in jur. Cameral. tit. 158. n. 4.

48. Unde etiam Giseb. d. c. 8. n. 6. cautelam pro consiliariis statutū imperii proponit, ne faciliè authores sint Dominis suis, ut licet aliis inferioribus. & præsertim mediatè imperio subiectis, moveant, atq; ita ad agendū & respondendū corā iudice longè inferiore profiliāt, sicq; iuris: & oni illius sese subjiāt sed diligēter ponderatis rationib. inquit, utrū etiā adversarius actionē aliquā cōtra Dominos suos per reconventionē instituere possit, & sic illius iudicis longè inferioris jurisdictioni subjiātur. Etsi animadvertāt adversariū reconventionē movere posse, poti⁹ authores esse debēt ad negotiū ultro citroq; trāfigen-

figendum quam litigandum præsertim coram iudice plebejo: Et si enim iure liceat, non tamè pro illustri dignitate tantarum personarum satis honestum videtur, licet per procuratores vel advocatos litigent *arg. l. non omne 144. ff. de R. I. Et hæc Gisebert. d. loco.*

49. Cæterum prædictam sententiam limitant Dd. duob. modis: Primo quod non procedat si is qui mediatè imperio subiectus est dolosa machinatione ex improbitate & astutia injuriam vel damnum illustrissimæ personæ vel illustri infert eo sine, ut si ab ea conveniretur coram suo iudice, possit eandè vicissim hujus jurisdictioni per reconventionem subijcere: Nemo enim ex improbitate actionem consequi debet *l. itaque 12 §. 1. ff. de furt. & alterius circumventio nulli præbet actionem l. alterius 49 ff. de R. I. quod tamen perpicuis indicii & argumētis probari debet l. datum 6. & ibi Sich. C. de dol. mal. Nam dolus hujusmodi non præsumitur Giseb. d. loc. n. 17. Dn. Hunn. dict. disput. th. 13. in fin.*

50. Deinde limitatur sententia supra defensa, si actor de hujusmodi causa reconveniretur, quæ modum vel qualitatem jurisdictionis iudicis excedit. Tunc enim cessat reconventio, quia non ipse actor sed natura & genus causæ eundem iudicem dedignatur *Gisebert. d. loc. n. 18. plura de hoc dicentur paulo post.*

51. Pauperes aliæque personæ miserabiles, licet privilegiatū habeant iudicem *l. unic. C. quand. Imp. inter pupill. vel vid. rectè tamè apud alium reconveniuntur si contra alium coram eodem iudice egerint arg. l. 1. & 2. in pr. & §. 5. ff. de iudic. Dn. Bocer. d. disp. th. 25. Vmm. in d. process. iudic. disp. de reconvent. th. 2. n. 8.*

52. Legati item, etiam si tali privilegio gaudeant, quod tempore legationis nusquam gentium, etiam ubi contraxerunt conveniri aut in jus vocari possint, sed jus revocandi domū habeant *l. 2. §. legat. 3. & seqq. ff. de iud. ne sc. litib. implicati à munere susceptæ legationis avocentur l. non alias 24. in fin. junct. l. de eo 26. ff. eod. Veruntamen si ipsi legati tempore legationis alios conveniant, non obstante hoc suo privilegio licitè reconveniri possunt, & compelluntur se adversus omnes defendere *d. l. 2. §. 5. vers. sed et si agat ff. de iud. Giseb. d. tr. c. 2. n. 8. 9. & seqq.**

53. Hoc tamen fallit, si propter furtum damnum aut injuriam, quam in ipsa legatione passi sunt actione tempore legationis instituant: tunc enim reconveniri non possunt coram incompetente iudice, ne aut impunè cōtumelias adficiantur, aut sit in potestate cuiusque

que pulsando eos subicere alterius jurisdictioni dum se vindicant
*d. l. 2. §. 5. sed privilegio domum revocandi uti possunt d. l. 2. §. 5. Dn.
Bocer. d. loco th. 27. Giseb. d. loco.*

54. Quod minus rectè à Donell. 17. coment. 18. §. *ratione superioris &*
aliis Dd. extenditur ad omnes, qui injuriarum, furti, damni dati &c.
actionem instituunt: contrariū si quidem asserit JCr. Paul. in l. *ordina-*
ta 24. §. ult. vers. aquè ff. de liberal. caus. ubi is qui actionem furti instituit
reconveniri potest actione præjudiciali status, in tantum ut de hac
etiam prius quam de illa sit pronuncianum. Et aliàs ineptè hoc pri-
vilegium, cōcessum esset, quod sc. injuriarum actionem instituentes
reconveniri non possint, ut in præcedenti thes. dictū Giseb. d. *loc. n. 19.*
& seq. Vmm. d. *disput. th. 2. n. 7. Marian. Socin. ad c. 1. n. 91. ex. de mut. petition.*

55. Ex his proinde constat omnes actores posse reconveniri, par-
cis exceptis, quod etiam verum est, si suo siue alieno nomine agat
ut pote procuratores *arg. l. unic. C. de satindat. l. invitus 43. §. 4. & §. final.*
ff. de procurator Si sc. causa reconventionis ipsius principalem concer-
nat. Litis n. contestatione procurator dominus efficitur litis *l. procu-*
ratorib. 22. C. de procurator l. 23. C. eod. Dn. Præceptor meus Bocer. d. disput. th.
26. Vmm. d. disput. th. 2. n. 7. Aliàs verò reus procuratorem super causa
inter ipsos fortè litigiosa non rectè reconveniet. *Socin. ad c. 1. n. 27. ex.*
de mut. petit. Et tantum de primo membro, nempe de personis, qui
reconventionem instituere & excipere debet, ac possunt.

56. Nunc progrediendum ad secundum nempe coram quo
judice reconventio instituenda: Et sciendum est, ut antea etiam di-
ctum, eundem esse judicem reconventionis, qui & conventionis *l. qui*
non cogitur 22. vers. eundem judicem ff. de judic. l. cum Papinianus 14. ibi cor-
am eodem auth. sequens verb. eundem judicem C. de sentent. & interlocut.
Novell. 96. c. 2. c. dispendia §. reus quoq. vers. apud eosdem judices de Episcop.
in 6 Donell. 17. comment. 19. in pr. Petr. Fried. Mindan. d. lib. 3. de process. c. 6.
in pr. Giseb. d. loc. c. 24. n. 1.

57. Unde etiam quemadmodum actor reconventus nulla
exceptione judicem què in sua causa probavit, repellere potest, quo
minus iudicium reconventionis coram eodem subire cogatur *d. l.*
cum Papinianus: Sic ex diverso reus ut ut maximè velit pendente lite
conventionis actorem alio in iudicio neutiquam convenire potest:
Sed vel apud eundem judicem eum reconvenire debet, vel litis il-
latæ terminum expectare. *d. Novell. 96. cap. 2. vers. sancimus d. c. dispendia*

Et c. ult. extr. de rescript. Dd. in preced. thes. allegat. Gisebert. d. loc. c. ult. num. 1. 2. 3.

58. Nihil autem interest sitne reconventio actionis cognatae vel diversae à conventionione, tamen apud eundem iudicem proponenda est per *d. leg. cum Papinianus 14.* quae loquitur de mutuis petitionibus actionum disparatarum, ut evincunt verba illa dare, facere &c. quae omnem omninò faciendi & dandicausam complectuntur *l. faciendo l. verbum facere 28. de V. S.* quamvis hæc supersit differentia, quod actiones cognatae perpetuo apud eundem iudicem movendae sint, tam per modum simplicis conventionis quam reconventionis *l. 11. §. sed etsi 1. ff. de iurisd. l. nulla 10. C. de iudic.* etiam si iurisdicatio iudicis ad alterum non extendatur *d. l. 11. in princ. de iurisdic.* reconventio verò actionum disparatarum, non perpetuò apud eundem iudicem, sed solum durante iudicio conventionis tractanda est, quo finito coram alio iudice proponi potest per *alleg. LL. Gisebert. d. c. ult. n. 5. & c. 5. n. ult.*

59. Plane eo casu coram eodem iudice reconventio instituenda necessariò non est, si ipse conventionis iudicem suspectum habet forsan in causa reconventionis: Tunc enim facultas reo conceditur iudicem recusare, & alium in utraq; causa tam conventionis quam reconventionis mereri *d. Novell. 96. c. 2. d. c. dispendia 3. vers. reus Gisebert. d. loc. n. 11. Vmm. d. thes. 3. n. 10.*

60. Et hoc adeo verum est siue iudex mutuarum petitionum sit delegatus de quo adeo non dubitatur: siue ordinarius per *c. cum speciali 61. extr. de appellat. l. nemo 4. C. de iurisd. auth. consequenter C. de sentent. & interlocut. omn. iudic.* lites namque sine omni suspicione procedere debeat *l. 16. vers. quia sine C. de iudic.* quod fieri non potest, si ordinarius qui suspectus est, recusari & removeri nequeat, sed alius ipsi adjungendus foret; quia societas depravati iudicis etiam integre frontis homini facile imponere potest *arg. c. cum super 23. extr. de offic. & potestat. iudic. deleg. Gilken. ad l. 16. C. de iudic. Cujac. 9. observ. 1. obs. 33. Sichard ad l. 16. n. 7. C. de iudic. Didac. Covarr. libr. 1. pract. quest. c. 26. n. 1. Petr. Frider. Mind. d. lib. 3. de process. iudic. c. 6. n. 19. in fin. Specul. tit. de reconvent. §. 1. n. 1. & de recusat. iudic. §. 1. Gisebert. d. c. n. 13. ubi distinctè respondet.*

61. Hæc

61. Hæc autem recusationis exceptio, cum sit dilatoria & litis impediatur ingressum, ante litem in causa conventionis contestatam à reo proponenda, ne alias videatur in iudicem semel consensisse per l. Sed. et si susceperit § 2. in pr. ff. de iudic. l. ult. C. de except. nisi forte causa suspicionis post litem contestatam primum emergat c. in sinu ante 72. ext. de offic. & potest. iudic. deleg. Giseberr. d. loc. n. 12.

62. Sed an similiter quoque actor, si is forte iudicem, quoad reconventionem suspectum habeat ipsum recusare possit hic quaeritur? Quod negandum putat Giseb. d. loc. n. 15. & 16. Socin. ad cap. 2. n. 8. ext. d. mut. petit. Petr. Frieder. Mind. d. c. 6. n. 19. Specul. d. tit. d. reconvent. §. 1. n. 3. Cum Justinian. generaliter sanciverit in d. l. cum Papinian. a reo non posse iudicem, quem in sua causa agendo semel approbavit ulla exceptione reprobare auth. offeratur C. de lit. contestat. nec ullibi etiam in d. c. 2. Norell. 96. & d. aut. consequenter C. de sentent. & interlocut. d. c. dispendia in fin. de rescript. in 6. fiat mentio actoris, sed solummodo rei conventi, qui recusare possit. Diversum sentit cum Anton. Fabr. 20. conject. 6. Vmm. d. thes. 3. n. 10.

63. Ceterum quod modo dictum limitat Socin. d. n. 8. multis modis & imprimis, eo casu: si iudex ut suspectus reputaretur ex persona ipsius rei conventi, idque probare conatur arg. l. petenda 6. C. de tempor. in integr. restitut. vel ex nova inimicitia, quæ nunc primum exorta est arg. l. 32. §. cum quidam 14. ff. de recep. qui arbit. recep. l. 9. in fin. prin. ff. de liberal. caus.

64. Limitant insuper Dd. prædictam opinionem, quod non procedat, si actor iudicem forte ex privilegio causæ recuset, respectu sc. reconventionis. Licet n. personæ privilegium allegare non possit actor ad declinandam jurisdictionem iudicis semel approbati, tamē causæ privilegium recte allegat, Petr. Frieder. d. n. 19.

65. Sive autem iudex conventionis sit ordinarius sive delegatus reconventio coram eo instituenda est c. 1. extr. de mut. petit. Jurisdictio n. delegati fundatur vel potius prorogatur necessitate legis qua actor, quem in reo iudicē approbat, etiā contra se approbare tenetur & quando delegatur alicui causa aliqua principalis, censetur illi delegata omnis causa, quæ venit accessorie & conlocutive ad illam causam delegatam per c. prudentiam in fin. ferè ex. de offic. & potest. iud. deleg. Maran. in Spec. par. 4. dist. 6. n. 31. Jam v. manifestū quod recon-

ventio accessorium sit conventionis Petr. Frid. Mind. d. lib. 3. de process. judic. n. 20. c. 6. Geil. 1. observ. 35. n. ult. Matth. Stephan. de jurisdict. lib. 3. part. 2. c. 12. n. 41. & seq. Ampliſſ. Dn. Bocer. d. disp. th. 29.

66. Verum hic de eo quoque quæritur, utrum coram eo, qui delegatus solummodo est ad certam causam nihilominus reconventionis causa tractari debeat? Et si quidem causa reconventionis planè sit connexa & cohærens causæ conventionis, vel una sine altera commodè explicari non possit, dubium non est quin reconventio coram tali delegato fieri possit & debeat *c. prudentiam in fin. extr. de offic. & potestat. judic. delegat. Geil. 1. observ. 35. per tot.* Sed si sit planè alterius speciei & negotii an rectè fiat reconventio dubitatur? Et verior videretur sententia negativa, propter limitatem judicis ad certam solummodo causam delegati jurisdictionem, & quod superior ulterius quam de causa specialiter commissa delegatum judicare noluisse præsumatur Petr. Frider. d. loc. n. 21. & 22.

67. Atque hæc quæ de instituenda & permessa coram ordinario & delegato judice reconventionis dicta sunt, non adeo controversantur, si vel ex arbitrio legis aut superioris ordinarius & delegatus sunt constituti: vel ordinarius prorogatione & delegatus impetratione solius actoris est electus & constitutus: Sed de eo inter Dd. magis dubitatur, an reconventio locum habeat ubi communi litigantium consensu judex ordinarius vel delegatus prorogatione vel impetratione est electus vel comprobatus? Et licet communior Dd. schola neget coram hoc judice reconventioni locum esse Barth. in d. auth. consequenter num. 3. vers. idem si de voluntate & n. ult. C. de sentent. & interlocut. Panormitan in e. cum dilectus num. 6. extr. de arbitr. & cap. 1. num. 3. extr. de mut. petition. Sibarid. in d. l. cum Papinian. 14. num. 8. in fin. Trentacinq. variar. resolut. lib. 2. tit. de mut. petition. resolut. unic. num. 47. Marant. d. p. 4. distinct. 6. num. 13. vers. quod intellige & num. 23. Socin. jun. consil. 66. num. 5. lib. 1. Per rationem quod actor solus judicem non probaverit, ita ut contra se eum habere cogi non possit: quemadmodum idem fieri volunt in arbitro.

68. Verior tamen est contraria opinio: tum quia ipsemet actor una elegit hunc judicem, quocirca reconventus coram eo recipere litem non recusabit arg. d. l. cum Papinianus 14. in fin. c. accusatores vers.

cujus

ejus in agendo caus. 3. quest. 8. maximè cum propria sua voluntate consenserit in prorogationem jurisdictionis, & non nisi injustè contravenire possit *l. si quis 29. c. de pact.* tum etiam quia legis necessitas, publica utilitas & mutuarum petitionum sive actionum connexitas cogit actorem admittere reconventionem, ut proinde eam non potest impedire, quod nõ solus actor elegit hunc judicem. *Dn. Præcept. Bocer. d. disp. 21. thes. 30. Menoch. de arbitr. judic. quest. q. 44. nu. 6. Zas. lib. 2. singular. respons. c. 37. & consil. 22. num. 14. Petr. Frider. Mindan. d. lib. 3. de continent. caus. c. 6. conclus. 12. Vmm. d. disput. thes. 3. nu. 11. Marian. Socin. ad c. 2. n. 13. 22. vers. decima & n. 26. circa med. vers. & idè ext. de mut. petit. Gisebert. d. tract. de reconvention. c. 25. Honded. consil. 21. n. 4. 16. vol. 1.*

69. Nec etiam multum stringit argumentum sumtum ab arbitro. Nam plures adsunt diversitatis rationes: Primo enim judici delegato mandatur jurisdictio à delegante *l. 1. & tot. tit. ff. de offic. ejus cui mandat. est jurisdict. c. sanè 11. ext. de offic. & potest. judic. deleg. ex natura itaque bonæ fidei contractus potest ex justa causa & de reconventionem cognoscere: licet ejus in literis commissionis mentio expressè facta non sit *l. final. in fin. ff. de offic. ei. cui mand. est jurisd. l. 2. ff. de jurisdict. d. e. sanè 11.* Arbitrè verò compromissarius omnem statuendi & cognoscendi potestatem sumit ex compromisso *l. non distinguemus 32 §. de officio 15. ff. de recept. arbitr. quod fit per stipulationem, quæ stricti juris est, nec extenditur ad non expressa l. quicquid 99. ff. de verb. obligat. Zas. d. c. 37. lib. 2. singular. respons. n. 4. & 5. Gisebert. d. tr. c. 77. num. 16.**

70. Deinde & hoc discriminis inter compromissum & judicem delegatum intercedit, quod in compromissum id tantum venit, de quo expressè actum est ut veniret *l. 21. §. plenum. l. de his rebus 46. ff. de recept. arbitr.* At in iudicium veniunt illa omnia, de quibus actum non est ne venirent *l. solemus 61. ff. de judic. sed coram delegato iudice exercetur iudicium, isq; utitur sibi mandata jurisdictione. l. 1. §. 1. ff. de offic. ei. cui mand. est jurisd. unde etiã delegatus iudicis nomine ordinatur: arbitrè verò non *l. privatorum 3. c. de jurisdict. omn. judic. Zas. d. loc. n. 7. Giseb. d. loc. n. 17. Clarif. Dn. Hunn. Præceptor meus observand. in resolut. disput. Treurl. in d. d. disp. 25. thes. 14. lit. D.**

71. Insuper, quod dictum coram delegato reconventionem
C 3 pro-

proponi posse plerique facile admittunt, si causa reconventionis ante rescriptum nata sit, sed an idem statuendum sit super causa de- mum post illud orta controversitur? Et cum nullus textus juris sit, in quo hæc fundetur distinctio, verior mihi videtur affirmativa *Marian. Socin. ad c. 1. n. 19. de mut. petitionib. ubi dissentientes allegat & ad contraria responder argumenta Marant. d. part. 4. distinct. 6. n. 15. Menoch. de arbitr. judic. quest. 9. 4. n. 4. Vmm. d. loc.*

72. Quid verò asserendum, si reus contra rescriptum, quo judex delegatus constitutus est, nonnulla opposuit & succubuit, an ne nihilominus coram eo fieri possit reconventio? Distinguit *Specul. tit. de reconvent. §. 1. n. ult. Socin. ad d. c. 1. n. 21. ut referat, utrum errore ductus opposuerit, an scierit: Priori casu ipsum succumbentem reconventionem instituere posse voluit: altero contra sentiunt arg. c. statumimus 1. de Election. in 6. Nemo enim in eo se fundare debet, quod scierit improbare nilus est Vmm. Marant. d. loc. n. 16.*

73. Limitant tamen prædictas asseriones Dd. quod non procedant, quando esset talis causa, super qua reus actorem voluerit reconvenire, de qua judex delegatus non posset cognoscere absque speciali mandato c. 1. & 2. ext. de confirmat. util. & inutil. c. penult. ext. de in integr. restit. Marant. d. loc. Ubi plures ampliaciones & limitationes adfert.

74. De austregarum item iudicibus hic discutienda venit quæstio, utrum nim. coram illis reconventio habeat locum, nec ne? Et dicendum quod reconventio etiam institui possit, cum exceptio confirmet regulam in casibus non exceptis: sed in casibus in quibus status imperii conveniuntur à mediate imperio subiectis coram suis iudicibus ordinationis: uno tantum casu prohibetur reconventio, nim: quando coram novem suis consiliariis in jus vocantur *Ordinat. Camer. p. 2. tit. 4. §. Dieselben neun Râthe vers Auch solle die Klagen die Parteyen nicht in wiederrecht vor die Râthe gezogen werden; quare in cæteris permissa censetur: præsertim cum id dissertè constitutum in §. So dann die Parteyen d. tit. 4. vers. Aber in obbemelten Artikel ein solle das Wiederrecht statt haben / nullaque etiam adsint rationes reconventionē impediētes Treutl. d. disp. 25. thes. 13. in fin. & ibi Clariss. Dn. D. Hunn. Petr. Frider. Mind. d. loc. n. 24. Late Gisebert. in d. tract. c. 10. Pauld aliter Dn. Bocoy. d. disp. de reconvent. thes. 31. & 32. Sichard. ad d. l. cum Papinianus 13. n. 9. C. de sent. & interlocut.*

75. De arbitris quoque quaeritur hic, an coram illis recon-
ventio institui possit? Et notanda est vulgata & recepta à Dd. distin-
ctio inter arbitros juris, ut vocant, qui ex legis vel statuti necessitate
à Magistratu dantur, de quibus loquitur l. 9. ff. qui satisd. cogunt l. 2.
ff. à quib. appelland. l. 2. C. de judic. & arbitros compromissarios spe-
cialiter ad certam causam receptos, in quos à litigantibus pœnali sti-
pulatione compromittitur, quod velint arbitri sententia sive æquè
sive iniquè, stare l. societatem 76. vers. arbitror. ff. pro soc. de quibus
tot. tit. ff. C. & Decret. de arbitris differitur, quibus non vi jurisdictionis,
qua carent l. ait Prator. 5. ubiq. Duaren. ff. de re judic. l. 99. ff. de V. S. l. 3. C. de
jurisdic. sed metu compromissi pœnalis patendum l. 11. ff. de arbitr.
Novell. 82. c. 11. Marant. d. p. 4. distinct. 6. n. 20.

76. Quod attinet arbitros compromissarios specialiter ad
certam causam receptos, extra quam cum notionem & jurisdic-
tionem non habeant, reconventio coram illis cessabit c. cum dilectus 6.
ext. de arbitr. Petr. Frider. d. loc. n. 26. Myns. 4. obs. 90. circ. fin. Gisebert. d. tr.
c. 17. n. 7. Marian. Socin. ad d. c. 1. n. 26. ext. de mut. petitionib. Marant. d. n.
20. Treutl. d. disp. thesult. lit. D. ubi Clarif. Dn. D. Hunn. Trentacinq. d. lib.
2. var. resolut. tit. de reconvent. n. 50. Pacian. de probation. lib. 1. c. 26. n. 36.
cum seqq. Scharf. ad d. l. cum Papinianus 14. n. 8. Dn. Præcept. meus Boceri.
d. disput. thes. 33.

77. Hujus tamen vera ratio non est, quam adducit Bart. ind.
auth. & consequenter n. penult. C. de sent. & interlocut. quod nempe utri-
usque compromittentis consensu sumantur: cum alias nec coram
delegato iudice reconventio moveri posset, quod supra thes. 68. ne-
gatum fuit: sed ea quam ipse Pontifex in d. c. cum dilectus adfert, nim.
quod arbiter de eo saltem cognoscere possit de quo compromissum
susceptum l. si cum dies 21. §. plenum 6. l. 46. ff. de recept. arbitr. neque ul-
teriore planè cognitionem habeat, quam ipsi nominatim à
compromittentibus concessa l. non distinguemus 32. §. de officio 13. & §.
arbiter ult. l. 50. ff. eod. Gisebert. d. loco. n. 9. & seqq.

78. Cœterum quod modo dictum reconventionem non
posse institui coram arbitris compromissariis limitatur, si fortè re-
conventionis causa ipsi conventioni insit, vel in antecedens vel cõ-
sequens, ita ut planè cohæreant, & una sine altera explicari nullo
modo possit Petr. Frider. Mind. d. n. 26. Menoch. lib. 1. de arb. judic. quaest. q.
45. n. 13. & seq. Pacian. de probat. d. loco. n. 38.

79. Ad juris arbitros quod spectat, qui à lege, consuetudine vel statuto ordinariam habent jurisdictionem, tecus sese res habet propter jurisdictionis generalitatem, & quia actor necessitatibus litigare coram is sicut coram iudice: cuius exempla inveniri possunt in *c. si Clericus* 47. *caus. 11. q. 1. c. pastoralis* 13. *ext. de rescript. Marant. d. loc. n. 20. Gisebert. d. loc. n. 22. Marian. Socin. ad. d. c. 1. n. 26. Petr. Frider. Mind. d. num. 26. in princ. Iason. in l. receptum* 14. *n. 13 ff. de jurisd.*

80. Prædictam tamen sententiam quidam Dd. ita limitant dummodo arbiter ille juris totius causæ cognitionem habeat, non si certi duntaxat articuli, puta recusationis, an iudex sit suspectus. Tunc enim non habet locum coram eo reconventio, ne scilicet negotium plus debito prorogetur *c. suspitionis* 39. *ext. de offic. & potestat. iudic. delegat. Marant. Trent. d. loc.*

81. Verum hanc Interpret. limitationem, etsi per se veram fateatur Gisebert. *d. c. 29. n. 26.* tamen longè aliam ejus esse rationem asserit. Nam qui recusat iudicem exceptione utitur per *l. 12. & 16. C. de iudic.* proinde nulla erit reconventio, ut quæ definitur actio mutua supra *thes. 3.* Deinde etiam expressè *Iustinian. in Novell. 96. c. 2. §. sancimus* constituit, quod recusato iudice ut suspecto & alio impetrato, coram hoc utraque causa tam conventionis quam reconventionis ventilari debeat: Non igitur apud iudicem de causa suspicionis cognoscentem.

82. Iudicem prorogatae jurisdictionis quod attinet, idem dicendum quod supra *thes. 65 & seqq. de delegato iudice* propositum fuit, quo etiam benevolum lectorem, ne idem sæpius repetatur remitto.

83. De iudicibus ad certa negotia vel personas deputatis per legem vel statutum, quaeritur, utrum coram illis locum habeat reconventio? Et dicendum quod sic, cum suam jurisdictionem habeant à lege, consuetudine vel statuto: hoc tamen adhibito temperamento, dummodo ipsius causæ per reconventionem motæ jurisdictionem habeant, ut paulo post dicetur. *Gisebert. d. loc. n. 4. Marant. d. loc. à n. 28. ad 36.*

84. Hinc statutum, quod consules artium vel tribuum *Zunftmeister* cognoscant de causis ad officium spectantibus minime est extendendum ad alias quaestiones juris, puta matrimonii, doti.

dotium & similia in causarum, ne per me dum quidem reconventionis Roland. à Vall. consil. 92. per iot. vol. 3. Vajq. illustr. quest. lib. 1. c. 35. n. 7. Geil. 2. obs. 20. n. 9. cum huiusmodi collegia causæ cognitionem five jurisdictionem non habeant nisi de causis ad opificium spectantibus. l. fin. ubi Cyn. & Angelus C. de jurisd. Et aliàs hic simul concurrerent duo specialia, nempe ut iudex de persona sibi neque per se neq; per accidens subiecta, quod est unum: Et de causa cujus cognitionem neq; in individuo, neq; in genere haberet, quod est alterum, cognosceret Obrecht. de jurisd. lib. 3. c. 16. n. 9. Trentacinq. d. lib. 2. tit. de mut. petition. resol. un. numer. 58. Marant. d. loc. n. 19. Petr. Frider. Mindan. d. lib. 3. cap. 6. num. 29.

85. Eandem etiam ob causam, licet coram paribus curiæ vel domino feudi locus est reconventioni Geil. 1. obs. 1. n. 57. tamen extra causas feudales institui non potest cum in libr. 2. F. tit. 55. §. præterea si inter & tit. 16. eod. lib. expressè dispositum sit jurisdictionem parium curiæ vel domini feudi eatenus tantum fundatam esse, quatenus inter actorem & reum de feudo contentio est, idq; etiam in Camera receptum testatur Mynsing. cent. 4. obs. 90. Rosentb. de feud. c. 12. n. 33. & 34. Sonsber. tract. feud. p. 14. n. 38. Senck. Barolib. 2. F. tit. 16. n. 12. Zas. in epit. feud. p. 11. n. 18. Vultei. lib. 2. Feud. c. 3. n. 9. ubi hanc communem appellat Berlich. pract. conclus. lib. 1. conclus. 15. n. 34. Amphß. Dn. Boer. d. d. sp. de reconvent. th. 34. Petr. Frid. d. loc. n. 31. Obrecht. d. c. 16. n. 8. & tract. feud. lib. 4. c. ult. n. 191. & seqq. Dissent. Socin. ad d. c. 1. n. 12. ext. de mut. petition. Trentacinq. d. loc. num. 54. Hartm. Hartm. pract. observ. lib. 2. tit. de feud. 54. observ. 21. in fin.

86. Ex quibus nunc & illa decidi potest quæstio: si dominus vel vasallus ratione rei allodialis coram iudice ordinario à Domino vel vasallo conveniatur, num actorem ratione feudi coram eodem iudice reconvenire possit? Cum enim iudex ille ordinarius non habeat fundatam jurisdictionem, quatenus de feudo controversia existit, sed ad pares curiæ eius rei decisio pertineat, ut in præcedenti thes. dictum, id negandum videtur: Nisi ipsi litigatores etiam respectu causarum feudalium in iudicem illum ordinatum expressè vel tacitè consenserint sicque eius jurisdictionem prorogaverint Barb. in aurb. & consequenter n. 5. C. de sent. & interlocut. vide etiam Schrader. de feud. part. 10. sect. 6. n. 235. & 236.

87. De iudice appellationis etiam hic proponenda quæstio, utrum coram eo locum habeat reconventio? Et distinctè respondet *Petr. Frider. Mind d. c. 6. n. 32. & seq.* Aut enim appellatum est à sententia definitiva, vel tali parte iudicii, ubi reconventioni, ne in prima quidem instantia locus amplius fuit, & eo casu etiam in appellationis iudicio cessare reconventionem, cum iudex appellationis non potest se de aliis intromittere, quam quæ sunt ex prima instantia ad eum devoluta, ut notum: Aut appellatum fuit ab interlocutoria competentia, vel à tali iudicii parte, ubi reconventionem etiam in prima instantia opponere licuit: & tunc retenta apud iudicem appellationis causa principali etiam reconvenire licet, transit enim negotium & processus cum omnibus qualitatibus *arg. l. per hanc 4. C. de tempor. & reparat. appellat. c. ut debit. 59. ext. de appellat. c. cordi. §. post hac c. cum appellationibus de appellat. in 6. Marant. d. loc. n. 24. & seqq. Gisebert. d. loc. c. 28. Dn. Præceptor Bocor. d. thes. 34. lit. C. Mynsing. respons. 5. n. 11. dec. 11. cent. 2. Daniel. Moller. ad constit. Saxon. p. 1. c. 20. n. 11. Wurmb. 1. observ. tit. 12. obs. 7. Honded. vol. 1. consil. 21. n. 8. 14. 15. Donell. 17. comment. 28. vers. & verò mutua Sichard. in d. aut. & consequenter n. 7. C. de sentent. & interlocut.*

88. Neque huic quicquam obstat, quod in appellatione nõ deducta deducantur, non probata probentur *l. eos 6 §. si quid autem C. de appellat.* Nam eatenus tantum obtinet, quatenus circa causam, quæ principaliter in prima instantia fuit agitata sit deductio & probatio: non vero valet circa quæstionem & rem novam atq; alienam *l. per hanc 4. C. de tempor. & reparat. appellat. Petr. Frider. d. loc. Hartman. Pistor. lib. 4. quæstion. jur. q. 23. & 24.* Iudex enim appellationis non potest cognoscere, nisi de quo cognovit prior iudex, & quod per appellationem ad eum fuit devolutum *Barth. in l. 1. C. si ad vers. libert. Hartman. Pistor. d. quæst. 23. n. 18.*

89. Cæterum *Cothman. vol. 1. consil. 29. n. 2.* adhuc quod modo dictum de non admittenda reconventionem coram iudice appellationis limitat, & non procedere ait, si appellatio in loco domicilii interposita sit quo casu in causa appellationis reconventionem recipi oportere dicit & pro hac sua sententia plures allegat auctores.

90. Verum & id hic controversunt, si conventionem & reconventionem in prima instantia cumulata ab alterutra saltem appellatus

letur; an possit iudex in altera reconventionis forsan causa nihilominus procedere. Et verior videtur, quod alterutra ad iudicē appellationis devoluta, etiā altera devoluta censeatur, ne sc. causæ litigiū & processus continentia dividatur, quæ cū in prima instantia utraq; simul tractari voluit, nec in secunda dividi patietur *Novell. 90. c. 2. & c. 1. ext. mut. petii.* Nisi enim hoc fieret, uterq; tam actor quam reus in diversis instantiis litigare cogentur *Petr. Frider. Mind. d. loc. n. 34.*

91. Observandum autem & notandum maximopere est in iudice, ut is quoq; super reconventionis causa inter subiectos suos jurisdictionem competentem habeat: Si namq; iudex per modū simplicis cōventionis causam cognoscere non possit, nec per modū reconventionis de ea cognosceret, ut supra etiā dictū *Spec. tit. de recōv. §. 2. n. 9. Maran. d. loc. n. 32. & seqq. Mar. Soc. ad c. 1. n. 11. 12. & 13. ext. de mut. pet.*

92. Sed hoc limitatur, nisi fortē disparitas causæ tantū in quantitate consistat & sic per plus & minus solummodo differat: Veluti si iudex in conventionione de summa intra 300. aureos consistente jurisdictionem tantum habeat, & tamen reconventionis causa amplior sit, forte ad 400. aureos ascendens, tunc n. reconventionē procedere ait *Maran. n. 33. d. loc. propter l. 1. §. 1. ff. de jurisd. l. 1. §. ult. ff. de ex. traord. crimin. Dissent. Sichard. ad d. l. cum Papinianus 14. n. 10. C. de sentent. & interlocut.*

93. Alias si causa de qua instituitur reconventio est de specie aliarum causarum penitus separata, ab illis de quibus potest cognoscere, reconventio locum non habet.

94. Hinc nec Clericus de causa spiritali corā iudice Laico reconveniri potest, quia nempe respectu hujus causæ spiritalis nō habet jurisdictionem iste Laicus, ac proinde plane de ea statuere non potest *l. 2. in princ. ff. de jud. l. 32. §. 7. ff. de arbit. tot. tit. C. si à nō compet. jud.*

95. Et hoc quod se iudex secularis non possit cognoscere de causis spiritalibus, adeo procedere volunt, ut ne incidenter quidē id fieri possit, sed si huiusmodi causæ inciderint remittendæ ad forum Ecclesiasticum *c. tuum de ord. cognit. c. lator. §. qui fil. sunt legit. c. 2. & 3. de jud. c. tua de decim. c. relatum. 12. §. ad hoc de jur. patron. c. gravem. 15. de excess. pralat. Zaf. ad l. quoties 5. n. 13. & ibi etiā Sichard. C. de jud. Myñf. 1. obs. 100. latē Gœd. ad c. 1. n. 28. & mult. seq. de Sequestrat. possess. & fruct. Farin in pract. crim. tit. de inquisit. quest. 8. nu. 25. 149. 150. Fachin. 1. contra. 44. Vincent. de Franc. decis. 36. Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. c. 3. n. 255. & seqq. Clar. Dn. Nainsting præcep. meus honorand. in tr. de Regim. secul. & Eccl. lib.*

3. c. 10. n. 5. ubi etiam hoc in Camera observari præjudiciis quibusdam probat.

96. Hujus tamen assertionis Dd. duas adferunt limitationes Prima est, ut procedat saltè, quoad prononciationem, ita ut iudex Laicus de his, quantum ad decidendam causam conventionis incidenter quidem cognoscere possit, non tamen prononciare *Specul. tit. de reconvent. §. nunc dicamus n. 2.*

97. Secunda limitatio quam addunt, est, quod procedat quidè si agatur de causis spiritualib. quoad earum validitatem vel invaliditatem, de hoc enim solus Ecclesiasticus iudex competens est: Secus est si agatur de facto saltem, cujusmodi nihil habet spiritualitatis *Vant. de nullitat. ex defect. jurisd. ordin. n. 54. vers. quamvis si esset & nudo possessorio c. fin. ext. de jud. c. post miserabiles ext. de usur. Geil. 1. obs. 38. vultiam matrimoniū contra actū sit & c. Ampli. Dn. Cancell. Kitzel. Præceptor & fautor semper mihi observandus in synops. matri. c. 10. theor. 7. lit. H. hoc nāq; magis facti est quā juris arg. l. 1. §. 3. l. possessione 29. ff. de acquir. rēnd. possess. l. deniq; 19. ff. ex quib. caus. major. in integ. restit. Tesaur. decis. 82. n. 2. & seqq. ubi ita sæpius judicatum fuisse refert, & hoc ad quodvis possessorium extendit Thom. Michaël. disp. de jurisd. conclus. 41. Craver. consil. 253. n. 1. & seqq. Pet. Frider. l. loc. n. 36. Latè de his omnib. Clarif. Dn. D. Reintingl Præceptor meus honorandus in suo tract. de regim. secul. & Ecclesiast. lib. 3. class. 1. c. 10.*

98. Et hoc iis tantū valere volunt casib. si inter Laicos, vel ab Ecclesiastico actore contra Laicum lis moveatur: alias si inter Clericos solos, vel inter Laicum actorem & Clericum reum quæstio sit iudicem secularem nec in possessorio competentem putant, cum nō tam causæ, quam personarum ratione iudex incompetens sit *auth. statumus C. de Episcop. & Cler. c. 2. ext. de judic. Covarr. pract. quæst. c. 35. n. 1. in fin. Menoch. rem. 15. recup. poss. n. 223. & seqq. Farinat. in pract. crim. quæst. 8. n. 23. vers. sublimita secundo dictam.*

99. Cæterum cum in aliis causis non fundata jurisd. ctione per modum conventionis nec per modum reconventionis fundata censeatur, neque causæ liberalis, & ceteræ præjudiciales causæ per modum reconventionis corā iudice seculareo, tractari possunt *arg. l. placet. 2. & l. 3. C. de peden. judic. Specul. d. loco n. 3.*

100. Et hoc verum est, nisi fortè fiat in consequentiam vel continentiam conventionis juxta *l. quoties 3. C. de jud. l. 1. l. 3. 4. C. de ordin. judic.*

judis. Multa namque quæ interdum fieri non possunt directo, ea per indirectam fieri non prohibentur *arg. l. 1. ff. de auth. tut. Sich. ad d. l. quoties n. 1. & seqq. Petr. Frider. M. d. d. loc. n. 37. & d. lib. c. 5. n. 32. & seqq.* Et tantum etiam de secundo membro, nempe coram quo iudice proponenda sit reconventio.

101. Nunc etiam de tertio quædam proponenda, sc. in quibus causis locum habeat conventio: Et sciendum in genere, quod in omnibus causis paucis exceptis, in quibus actio vel conventio admittitur, in iisdem etiam reconventio conceditur *c. ex literis 1. extr. de mut. petit. c. etsi Clerici ex. de jud. l. qui non cogitur 22. ff. de jud. l. si idem 11. §. 1. ff. de jurisd. l. Lucius 35. ff. mandat. l. 1. §. ult. ff. de extrard. cognit. l. 1. C. rer. amot. l. cum Papin. 14. & auth. & consequenter C. de sentent. & interloc. Novell. 96. cap. 2. Berlich. lib. 1. pract. conclus. 15. num. 1. Marant. d. loco num. 35. in fin.*

102. Et hoc verum est siue actio instituta sit realis siue personalis *Socin. ad d. c. 1. n. 149.* De personali si quidem id satis dilucide probatur *in d. l. cum Papin. 14.* ibi daturum vel facturum, quæ verba sunt nota actionis in personam §. 1. ibi dare vel facere *ubi Dd. communiter Inst. de action. De reali idem asserendum, non obstantibus fundamentis Ant. Fabr. 20. conjunct. 8. ex ea potissimum ratione, quod vid. is contra se iudicem illum designari non possit, cujus in agendo & vindicando arbitrium probavit d. l. 14. Hilliger. ad Donell. enucl. libr. 17. comment. 19. lit. O. Vmm. d. d. sp. 10. ad process. jud. n. 14. th. 4.*

103. Controvertitur autem inter Dd. an & quatenus in causis criminalibus locum habeat reconventio? Et simpliciter atq; indistinctè admitti dicendum videtur *arg. l. cum Papin. 14. C. de sentent. & interloc. & l. neganda 19. C. de his qui accusar. poss. l. si quis reus 5. §. ult. ff. de public. jud. l. de ferre 18. §. sed eas causas 4. ff. de jur. fisc. Petr. Frider. d. loc. c. 7. n. 2. Giseb. d. tr. c. 16. num. 1. Cum verò hæc quæstio satis sit intricata certos cum Umm. d. loc. placet distinguere casus.*

104. Primus ergo casus sit, quod accusatus criminaliter possit accusatorem de alio crimine criminaliter reacculare *l. 1. & d. l. neganda 19. C. de his qui accus. poss. Marant. d. distinct. 6. n. 56. Trentacinq. lib. 2. var. resol. tit. de mut. petit. n. 42. Iul. Clar. in prax. crim. §. fin. quæst. 2. vers. sed quero Petr. Frid. d. c. 7. n. 3. Geil. 1. de pac. publ. 12.*

105. Et hoc procedit siue reus accusatus inter reos receptus sit siue non: legibus enim non distinguentibus nec nostrum est di-

D 3 stin-

tinguere: facit quoq; quod reconventio & ab initio ante litem contestatam rectè fieri possit *d. auth. & consequenter* & post litem contestatam quandocunq; pendete sc. prima lite *d. l. 19. C. de his qui accus. poss. d. l. 5. § ult. de publ. jud.* de quo plura membro ultimo dicentur *Giseb. d. tr. c. 16. n. 6.* ubi hanc distinctionem an nim. accusatus receptus sit inter reos, nec ne, inutilem vocat. Dissent. *Socin. ad c. 1. n. 68. de mut. petit. Marant. d. loc. n. 57 Mindan. d. loco n. 4. & alii ad d. l. 5. ff. de publ. jud. alle-* rentes, quod si nomen accusati inter reos receptum sit reaccusare non possit idq; *d. l. 5. in pr.*

106. Hanc tamen suam assertionem Dd. variè limitant: 1. quod fallat si reaccusator suam suorumq; injuriam prosequatur *Marant. d. loc. n. 56. vers. istam conclusionem Petr. Frid. alleg. loc. 2.* Si reaccusatio ad eum finem instituat, ut demum post absolutam accusationem tractetur *Socin. ad d. c. 1. n. 70. de mut. petit. 3.* Si ex reaccusatione oriatur exceptio peremptoria *Socin. ibid. n. 71. 4.* Si accusatus reaccuset de crimine majori vel præjudiciali accusatorem *Socin. d. loc. n. 72. 5.* Si crimen accusationis primo crimini connexum sit *d. Socin. n. 74.* ubi tamen hoc in controversiam vocat. 7. Si crimen reaccusationis supervenit postquam accusatus inter reos receptus est. *Socin. n. 76. alleg. loc. 8.* Si accusatus non reaccuset sed imploret iudicis officium *Socin. cita. loc. n. 77.* ubi etiam plures fallentias addit & hisce præsuppositis non multum discrepant ab altera *Giseb. opinione.*

107. Dicitur autem nomen accusati inter reos receptum, quando iudex interloquendo pronunciavit, non obstantibus exceptionibus dilatoriis esse procedendum super accusatione, vel si nihil fuerit oppositum ab accusato, adeo quod non sit opus tali pronuntiatione, tunc per litem contestationem dicitur nomen accusati esse receptum inter reos *Marant. d. dist. 6. n. 59 Gil. 1. de pac. publ. c. 12. n. 2. Giseb. d. c. 16. n. 12.*

108. Deinde supra posita in th. 104. assertio etiã ampliatur à Dd. ut obtineat sive accusatio sit de majori sive de pari, aut minori etiam crimine: ita tñ ut quæ de majori vel præjudiciali est quæstio semper præferatur reliquis suspensis *d. l. 1. C. de his qui accus. poss. Giseb. d. c. 16. n. 27. Dissent. Soc. ad d. c. 1. n. 67. & Dd. alii asserentes* quod reus accusatus planè de pari crimine accusatorem reaccusare non possit: quod tñ singulariter limitandum ajuat, ut non procedat, si accusatus per minoris aut parvis criminis objectionem suam suorumq; vindicet injuriam, & ob id super utroq; crimine parili processu procedere liceat *d. l. 19. & ibi Petr. de Bell. Pert. Petr. Frid. d. l. loc. n. 4.*

109. Præ-

109. Præterea ampliat d. assertionem *Vmm. d. disp. thej. 7. n. 17.* & procedere dicit, sive iudex accusationis instituat accusatori quoque sit ordinarius sive non: Quod enim dissentientes opinantur, accusatorē reaccusari non posse, quam si accusationis iudex utriusque tam accusatori quam accusato sit ordinarius, id concedendū non videtur. Nam quod putant fieri posse, ut criminofus aliquē coram non suo iudice accusare possit, in eo errant. Siquidem ex crimine præter iudicem sub quo vel crimen admissum *l. 7. §. pen. l. ult. ff. de accus. Cov. pract. q. 11. n. 3. Clar. 4. sent. §. fin. q. 38. n. 1. Vultei. ad l. 1. n. 12. & seqq. C. ubi de crim. ag. oport. Vmm. in disp. 4. de process. jud. th. 2. n. 9. vel domicilium habet l. 2. C. ubi de crim. Donell. 17. comment. 16. Clar. d. §. q. 39. n. 3. etiam illum ordinarium habet criminofus in cujuscunq; territorio reperitur d. l. 1. & auth. in provincia & ibi Vultei. n. 36. & n. 40. in fin. ubi ita in praxi observari ait Clar. §. fin. q. 38. & seqq. lib. 5. sent. Donell. 17. comment. 19. vers. quia in crimin. latè Socin. ad c. postulasti ext. de for. competent. P. norm. in c. licet ratione ult. n. 29. & seq. d. tit. Fieri proinde non potest, quin accusator criminofus semper in loco iudicii criminalis ab ipso instituti ordinarium forum consequatur. Unde dicendū Dd. distinctionem hic nimium evagari *Vmm. d. disp. de reconvent. th. 5. n. 17. Dissent. Soc. ad alleg. c. 1. n. 84. Marant. d. dist. n. 60. & seq. Pet. Frid. d. c. 7. n. 4.**

110. Ampliatur in super proposita assertio, quod valeat sive luā suorumq; injuriam, sive publicum planè crimen accusator prosequatur *Clar. in §. fin. pr. crim. q. 14. vers. Tertius est casus in med. & fin.* Indistinctè enim reaccusari potest, quamvis suam suorumq; injuriam vindicet accusator: maximè si reconventionis crimen perimat aliquo modo accusationē institutam: utpote si me accuses de vulnere tibi illato, & ego iterum te conveniam de crimine falsi, quod solitus sis falsa deferre: Ita etiam si accuses me, quod furtū commiserim, teque hoc vidisse deponas, ego te de commisso homicidio vel adulterio te reconvenire possum, ad id ut ostendam testem te & accusatorem minus esse idoneum fideque minus dignum *Petr. Frid. d. loc. n. 4.*

111. Hoc tamen in legato injuriam sibi in ipsa legatione factam vindicante fallit *l. 2. §. item si extra vers. sed & si agant ff. de jud. de quo supra th. 53. & seqq. pluribus actum fuit.*

112. Extendū deniq; s̄ positā assertionē, q̄ obtineat sive de jure civili sive de jure canonico quæstio formetur: nō obstantib. *c. 10. & c. repellitur ex. de accus.* Illa namq; demū inimicitia repellit accusatorē q̄ vid.

nom

non levis sed capitalis, cujusmodi æstimatio relinquitur arbitrio judicis *Meno. h. de arbitr. jud. quest. cas. 110.* eadem quoque repellit accusatum à reaccusando: Jam verò accusator primus ab accusando ideo non repellitur, quod per ipsam accusationem factus sit capitalis inimicus accusati: Alias, enim nemo posset reum accusare. Semper siquidem objici posset, accusatorem propter motam contra se accusationem inimicum suum esse capitalem, atq; sic manerent delicta impunita contra *l. 51. §. ult. ff. ad l. Aquil.* Proinde *text. in dd. cc. intelligendi sunt de inimicitia, quæ ex causis ipsa accusatione antiquiorib. probari potest. Giseb. d. c. 16 n. 26. Dissent. Socin. ad d. c. 1. n. 66.* Et hæc de primo casu.

113. Secundus propositæ quæstionis casus est, quod accusatus criminaliter, non possit accusatorem suum reconvenire civiliter: *Trentacinq. d. lib. 2. var. resol. tit. de mut. petit. n. 39. Socin. d. loc. n. 8. Marant. d. loc. n. 66.* & ita omnes concludere dicit *Jul. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 2. vers. sed quidem converso per text. in l. fin. C. de ordin. cognit. & rationem, ne propter litem civilem distrahatur accusator à prosecutione judicii criminalis, in quo vertitur publicum interesse nec delicta maneat impunita d. l. ita vulneratus § 7. §. ult. ff. ad l. Aquil.*

114. Verum contrarium sentientes firmiter utuntur argumentis: neque etiam *d. l. final.* neque reddita ratio quicquam pro negativa faciunt, cum potius contrarium probent, quæ & expressè in legibus fundatur, non modo cum causa reconventionis est præjudicialis *l. si res tuas raptas esse 6. C. de ordin. cognit.* sed generaliter quotiescunque civilis causæ exercitium criminali negotio non obest, neq; illud singulariter impedire potest *l. adulterii 33. in fin. C. ad l. l. de adult. Giseb. d. c. 2. n. 14. Vmm. d. loc.* Insuper, si accusator criminali contra reum instituto judicio reconveniri de causa civili non posset cum jactura rei criminaliter conventi & damnati forsitan ejusque heredum locupletaretur contra regulam in *l. jure natura 206. ff. de R. l. Petr. Frid. d. loc. n. 3.*

115. Tertius propositæ quæstionis casus sit, quod civiliter conventus actorem criminaliter reconvenire tam ex causa penitus separata, quam etiam ex oriète ex eodem judicio possit *Clar. d. §. fin. quæst. 2. vers. sed quero Petr. Frider. Vmm. d. loc. n. 17. Marant. d. dist. n. 66 vers. tertium membrum: Dissent. Marian. Socin. ad d. c. 1. n. 86 extr. de mut.*

mutuis petitionibus. Ubi plures pro sua opinione allegat authores.

116. Hæc tamen *Marant. d. loc. num. 67.* limitat, & tunc procedere ait, quando talis reconventio fieret coram iudice competente ipsius reconventi: Secus si esset incompetens: Sed hac limitatione opus non esse patet ex iis quæ supra *th. 109.* dicta sunt.

117. Quartus casus est, quod de crimine civiliter conventus non possit reconvenire auctorem ex causa mere civili *Socin. ad d. c. 1. n. 97.* Quod non admittit *Vmm. alleg. loc. n. 17.* nisi ageretur de publico crimine civiliter.

118. Quintus casus supra adductæ quæstionis est, quod de crimine civiliter conventus, possit auctorem de crimine civiliter reconvenire: Et hoc simpliciter verum est. Nec quod *Marant. d. loc. n. ult.* tunc demum reconventionem super crimine civiliter institutam admittit, quando rei iudex ipsi quoq; auctori reconvento ordinarius est, fundamentum habet, & propterea nec recipiendum: Non n. simpliciter verum, auctor qui invitatus agit reconveniri non potest: Cur namq; *Impm.* admiserunt reconventionem si reus de majori crimine accusatorem reconveniat *l. 1. C. huius qui accusar. post. Giseb. d. c. 16. n. ult.* Insuper quis in hac materia dicatur invitatus agere vide supra *th. 35.*

119. Hæc tamen quæ dicta sunt temperanda & limitanda: si sc. reus non velit statim & è vestigio reconventionalem accusationem peragere *l. neganda 19. C. de huius qui accusar. post.* Nam qui reus factus est accusare non potest *d. l. si quis reus 5. in pr. ff. de publ. judic.* scilicet cum effectu, si cupiat accusationem suam statim perorare usq; ad sententiam *l. qui cum major 14. §. accusasse 8. ff. de bon. libert. alias,* non prohibetur reus accusatorem suum deferre, & pendente prima accusatione libellum criminalem reconventionis deponere, ut ea demum peracta in causa reconventionis procedatur *per tex. in d. l. si quis reus 5. §. ult. & l. deferre 18. §. sed eas 4. de jur. fisci. & d. leg. neganda 19. Giseb. d. c. 16. n. 20.*

120. Neq; hæc quæ modo proposita utilitate, ut dissentientes putant, carent, sive enim absolvatur accusatus, sive damnetur utilis est ei reconventio, licet statim in ea non procedatur: Nam si absolvitur reus accusatus, cogitur accusator vi reconventionis vicissim coram eodem se exhibere & reo ad institutæ reconventionis causam respondere per rationem *in d. l. cum Papinian. 14. C. de sentent. & interloc. l. qui non cogitur 22. ff. de jud.* si condemnatur reus etiam per magna est criminalis reconventionis institutæ per delationem vel libelli obligationem

E

tionem

tionem utilitas: Reus enim de publico crimine damnatus jus accu-
sandi non habet l. 4. l. qui accus. 8. vers. alii propter delictum proprium ff.
de accus. nisi inchoatas ante damnationem delationes post damnatio-
nem exequi velit per rex. in d. l. si quis reus §. 8. ult. ff. de publ. jud. l. 18. §. sed
eas causas ff. de jur. fisc. Sed jam in proposito per libellum reconventionis
oblationem eodem durante judicio accusatio capta intelligitur, cum
jurisdictionem judicis perpetuet arg. l. si quis 7. ff. de jud. c. penult. ext. de
for. compet. Gisebert. d. c. 16. n. 71.

111. Ceterum quod supra limitationis causa adductum, re-
conventionem nempe in causa criminali institutam non posse per-
agere reum nisi causa conventionis finita sit, id sublimitandum,
quod scilicet non procedat, si reaccusatio sit de majori crimine, vel
incidat in eam præjudicialis quaestio: tunc enim in hac prius proce-
dendum, & in altera conventionis nempe quiescendum, donec
causa reconventionis ad finem perducta sit d. l. 1. c. de his qui accus. poss.
Non enim per minus debet fieri præjudicium majori l. minorem cau-
sam 54. ff. de judic.

122. Hinc etiam evincitur, quod in causis quoque fractæ
pacis locum habeat reconventio. Cum enim in casibus non deter-
minatis in ordinatione Camerae juri communi adhaerere ejusque pro-
cessum sequi debemus Ordinat. Camer. tit. ult. pars. 3. etiam in causis
fractæ pacis publicæ, de qua nihil in Camerae ordinatione in contra-
rium hæcenus constitutum reperitur admittenda erit reconventio,
cum jure communi in causis criminalibus ea locum habeat, ut ex su-
pra dictis patet Giseb. d. tract. c. 17. Dissent. Dn. Præceptor Bocer. d. disp. de
reconvent. th. 36. lit. C. Geil. 1. de pac. publ. c. 12. n. 4. ubi tamen suam sen-
tentiam limitat, nisi actor contra libellum reconventionis in causa
fractæ pacis exhibitum nihil opponat n. 9. hancque suam sententiam
& rationibus & præjudiciis Camerae firmare conatur.

123. Sed nec rationes quas Geil. d. loc. adfert probant quod
intendit. Quod enim primo dicit, ideo receptum esse quod recon-
ventio in causis fractæ pacis non admittatur, quod separatis processi-
bus veritas melius inquiri possit arg. c. tuam extr. de ordin. cognit. con-
trariæ sententiæ non obstat, siquidem nec jure communi etiam re-
conventio in criminalibus fieri possit, ut dictum, statim ejus prose-
cutio permittitur, sed lata demum sententia in causa criminali con-
ventionis Clariss. Dn. Hunn, Præcept. meus æternum colendus in resolut. disp.

Trent.

Trent. vol. 1. disp. 25. th. 13. lit. B. q. 30. ut etiam id plurib. supra th. 119. demonstratum fuit.

124. Alteram quod attinet rationem Geil. quod nempe opus nõ sit reconventione, cum idem possit reus per viam simplicis actionis efficere, etiam non infringit nostram sententiam: Procedit n. tantum quãdo uterq; tam accusator quam reus immediatè imperio subiecti sunt, non autem si actor intermedium agnoscat iudicem, à quo causa tractari possit, vide etiam quæ dicta in th. 120.

125. Præjudicium quod spectat, quod Geil. citat. loc. pro se allegat, neminem in contrariam sententiam movere debet: Quemadmodum enim præjudicia ista tribunalis supremi non temere sunt repudianda, sed attentè cõsideranda: sic etiam temerè non sunt pro lege & oraculo delphico habenda Dn. Cothman. vol. 1. consil. respons. 13. n. 125. & seq. Sunt enim res inter alios actæ, quæ tertio neque profunt nec nocent t. t. C. res inter alios act. l. Modestinus 10. ff. de except. e. quamvis extr. de sentent. & re iudic. t. t. C. quib. res iud. non noc. Cum res aliæ videantur propter diversitatem personarum l. cum queritur 12. ff. de excep. rei iud. Clariss. Dn. D. Hunn. in resol. disp. Trent. vol. ult. disp. 23. th. 5. q. 40.

126. De causis item summaris quæritur, an in illis locum habeat reconventio? Et distinguendi sunt casus secundum communiorum Dd. opinionem: Vel enim utraque tam conventionis quam reconventionis est summaria, & sine dubio procedit reconventio Marant. d. distinct. 6. n. 38. vel causa conventionis est ordinaria & reconventionis summaria, & tunc similiter mutuas actiones simul exerceri posse videtur, cum reus privilegium causæ remittere censeatur, taciteque velle, ut una cum causa ordinaria expediatur: vel causa conventionis est summaria, & tunc actor invitus ordinaria causa per reconventionem pulsari nequit, nisi ipsi reconventioni cõsentiat actor, & sic privilegium causæ remittat, atq; utramq; causam ordinario passu ambulare velit Peer. Frider. d. loc. n. 7. Marant. alleg. loc. Vmm. d. disp. 10. n. 18. vid. Trentacing. d. loc. 2. var. resol. ti. de mut. petit. n. 13.

127. Verum his non attentus verior est illorum opinio, qui generaliter & simpliciter asserunt in summaris locum esse reconventioni, sive utriusque causæ processus sit summaris, sive alterutrius tantum, siquidem utrobique obtinet ratio d. l. 14. C. de sent. & interloc. quod scilicet actor non debeat eum iudicem recusare contra se, quem in sua causa agendo comprobatur, cui etiam accedit text. in

*Clement. sepè §. verum de V. S. qui simpliciter in causis summa-
riis reconventionem admittit, non obstante eo quod causa conven-
tionis & reconventionis una sententia definiri debeant: quatenus
enim illud procedit paulo post in quarto hujus disputationis mem-
bro dicitur: Marant. Pet. Frid. d. loc. n. 8. Treutl. d. disp. 25. th. ult. lit. C. & ibi
Clariss. Dn. Hunn. Honded. vol. 1. consil. 21. n. 27.*

128. Casus quod attinet, qui habent paratam executionem,
in illis reconventio non admittitur *Marant. d. loc. n. 29. Cavalcan. decis.
28. n. 11. 12. 18. 19. part. 2. Bursat. consil. 106. num. 4. ubi declarat Honded.
consil. 20. n. 25. vol. 1. Decian. consil. 99. n. 3. & seqq. vol. 2. Gifeb. d. loc.
c. 13. num. 14.*

129. Sic si petatur executio instrumenti confessionati non
habet locum reconventio. Ita enim Imp. Anton. rescribit *in un. C. de
confess. Confessos in jure pro judicatis haberi placet, quare sine causa
desideras recedi à confessione tua, cum & solvere cogeris: quib. ver-
bis innuitur debiti liquidi & confessati executionem non impediri
reconventionem, sed absq; ulla mora executionem faciendam Petr.
Frider. d. loc. n. 8. Treutl. d. loc. lit. B. & ibi Dn. D. Hunn.*

130. Ita etiam cum instrumentum creditoris guaranteegiatū,
quod cujus modi sit declarat *Coler. in tr. de process. executiv. p. 1. c. 13. n.
14. usq; ad n. 22. ex dispositione statuti habeat paratam executionem
reconventionē regulariter non admittit, quia habet vim sententiæ
definitivæ Coler. d. loc. n. 20. Menoch. remed. 4. ad pisc. possess. n. 649. ubi
etiam hanc adducit rationem, quod judicium in quo ex hoc instru-
mento agitur celeritatem desideret Dn. Præcept. Boccr. d. disp. th. 40.*

131. Hinc etiam nec legitimus contradictor reconvenire po-
test heredem petentem se mitti in possessionem ex remedio *l. ult. C.
de edict. div. Hadrian. tollend. Cum heres iste missionem hanc in posses-
sionem consequi debeat nulla interposita mora, sed statim, in-
strumentum testamenti quod exhibet, paratam habet executionem
Menoch. remed. 4. ad pisc. possess. num. 648. ubi plures refert D. Boccr. dist.
disput. thes. 39.*

132. Cæterum id quod supra dictum, in causis executivis
non admitti reconventionem id secundum *Anchar. q. famil. libr. 2. q.
18. n. 6. limitandum, nisi & causa, quæ per modum reconventionis
proponitur, similiter quoque habeat paratam executionem Honded.
d. vol. 1. consil. 21. n. 28.*

133. Consimiliter quoque in causa depositi deficit recon-
ventio *c. bona fides extr. deposit. l. si quis 11. C. de pos. l. ult. §. 1. in fin. C. de co-
pensat. ubi asseritur depositarium contra repentem depositum nul-
lam sive personalem sive realem aut hypothecariam, imo ne com-
pensationem quidem objicere posse, quo minus rem depositam ce-
lerimè restituat, Gisebert. d. c. 13. nu. 6. Treutl. d. thes. lit. B. & ibi Clarif.
D. Hunn. Præceptor meus colendus Bart. in d. auct. & consequenter n. 19. sub
fin. vers. idem in causa depositi & in l. compensationes n. 10. C. de compensat.
Specul. lib. 2. part. 1. tit. de reconvent. §. nunc dicamus 2. n. 5. sub. fin. vers. item
in deposito.*

134. Ratio autem cur in deposito reconventio non admit-
tatur hæc esse videtur, quia depositi contractus sacer est, & impri-
mis bonæ fidei consecratus Cujac. in *æ. C. de pos.* in quo bona fides ex-
uperate debet, proinde merito reconventionem, quæ celerem rei
depositæ restitutionem impedire potest, non admitti Hunn. & Gi-
sebert. d. loc.

135. Unde etiam rectè Dd. quidam hoc ad eas solum actiones
pertinere ajunt, quæ efficiunt ut rei depositæ restitutio vel omninò
denegetur deponenti vel saltem illa impediatur, quo minus primo
quoq; tempore fieri possit Giseb. d. loc. Quare aliæ actiones, quæ non
ad eum finem tendunt ut vel res deposita retineatur, vel restitutio
ejus differatur, sed ut oblato tantum libello vel promissione iudicio
sisti exacta actor coram eodem iudicio postea respondere cogatur
per modum reconventionis proponi possunt *l. qui non cogitur 22. ff. de
judic. d. l. cum Papin.* idque etiam innuit ipse Justin. in *d. l. penult. C.
de pos.* dum ait, facta reconstitutione omnes legitimas actiones re-
servari, & consequenter etiam ipsam reconventionem coram co-
dem iudice Gisebert. d. loc. Socin. ad d. c. 1. n. 61.

136. Eadem quoq; ratio est causarum præjudicialium, in quibus
malè Dd. reconventionem planè non admittere volunt *Specul. in d.
tit. §. nunc dicamus n. 2. per l. 1. & seqq. C. de ordin. cognit.* Etsi enim cau-
sæ præjudiciales cum aliis simul & una expediri, tractari & ventilari
non possint, tamen propterea reconventio non cessat, sed saltem
alterutrius exercitium, donec ea, quæ præjudicialis est primo discus-
tatur sive per modum conventionis sive reconventionis sit institu-
ta per tit. *C. de ordin. judic. & tit. C. de ordin. cognit. l. deferre 18. §. sed eas*

ff. de iur. ffl. Nam & hic obtinet ratio *d. l. qui non cogitur 22. & d. l. cum Papm. 14.* quod quem in agendo probavit iudicem eundem & contra se audiat *Gisebert. d. tit. c. 14. n. 8. Petr. Frider. d. c. 7. n. 4.*

137. Hinc si me convenias familiae herciscundae iudicio possum te reconvenire haereditatis petitione, qua probem me heredem esse earum etiam rerum, quas tu sine titulo legitimo ex hereditate praecoccupasti: quo casu quaestio an tu sis haeres primo tractanda, atque hac demum peracta familiae herciscundae iudicium potest exerceri: sic si ego te de hereditate convenio tu falsi crimine me reconvenire potes, sed sustinetur haereditatis petitionis iudicium, donec falsi causa agitata & discussa sit, *l. Divus pius 5. §. Divus Hadrianus 1. de petition. haeredit.*

138. Cessare etiam volunt reconventionem in iudicio legis diffamari. Diffamans enim emanata citatione ex l. diffamari reconventionem diffamato opponere non posse opinantur *Blarer. ad d. diffamari c. de in gen. manumiss. c. 7. num. 10. Rutg. Ruland. in tr. de commiss. part. 4. lib. 8. c. 7. n. 8. Rosbach in process. iudic. tit. de reconven. num. 11.* adque propter eam rationem, quod duo libelli contrarii circa idem non admittantur ex doct. *Strin. Paul. de Castr. in l. de tribus ff. de iudic. Felin. ad c. inter monasterium column 10. de re iudic. Gisebert. d. loc. c. 13. n. 5.*

139. Consimiliter reconventio locum non habet in calu Aulstregarum, quando princeps coram suis consiliariis vermöge des Aulsträge convenitur *Ordin. Camer. part. 2. tit. 4. vers. dieselben ne von de quo supra thes. 74* plura dicta sunt *Emeric. à Rosbach d. tit. n. 13. Denais. in iur. Camer. tit. 158. num. 4. & 21. Schwanman lib. 1. de process. c. 2 n. 14. 24. 26.*

140. Ita etiam in causis mandatorum, in quibus facti exorbitantia non factum ipsum disputatur in Camera reconventio non admittitur, sed absque solenni processu simpliciter & de plano celeriter proceditur *Schwanman lib. 1. de process. Cameral. c. 67. n. ult. Gisebert. d. c. 13. n. 10.*

142. De attentatis item quaeritur, an etiam in iudicio attentatorum contra petentem revocationem locum habeat reconventio? Et si reconventio sit super re penitus diversa, omnino dicendum quod reconventio non retardet revocationum attentatorum quia cum in hoc potissimum consistat privilegium attentatorum, ut

faciat

faciat super sedere etiam in negotio & causa principali *Lancell. de attentat. part. 3. c. 3. n. 128.* & seqq. multo magis erit hoc privilegium exercendum quoad causas diversas per viam reconventionis intentatas *Lancellot. d. part. 3. c. 24. n. 4. & 5.*

143. Si verò reconventio sit de aliis attentatis, puta quia tu contra me attentasti, institui ego contra te iudicium pro revocatione: deinde tu prætendens me contra te aliquid attentasse super huiusmodi prætensis attentatis vis me reconvenire, asserendum videtur reconventionem esse licitam & in ea etiam procedendum, cum & in simili, in spolio nempe admittatur reconventio alterius spolia *Lancellot. d. quest. 14. a n. 7. ad n. 14.* & pluribus paulo post dicitur, Non attentata distinctione *Decii consil. 200.* & alior. *Dd. in c. 1. extr. de mut. petition.* an reconventio ante vel post litem contestatam instituta sit, cum in attentatis litē non contestari velint *Dd. Lancellot. d. loc. n. 11.* quod tamen in Camera Imp. non observari, sed ex stylo in ea requiri litem contestationē in causa etiam attentatorum asserit *Mysicent. 1. observ. 26. Grav. practic. conclus. lib. 1. conclus. 146. n. 5.* hoc tamen *Geil. 1. observ. 146. n. 3. & 4.* limitat & restringit ad ea attentata quæ non sunt notoria.

144. Hisce præsuppositis nunc quæritur, an reconventio super attentatis impediat & retardet revocationem attentatorū primo loco revocari petitorum? Et huius quæstionis quatuor extant opiniones: Prima est ut prius procedatur super attentatis primo loco revocare petitis argumento illius regulæ, qui prior appellat, prior etiam obtinet *Deci. d. consil. 200.*

145. Secunda opinio est, quod prius procedendum super ultimo attentato, quamvis fuerit ultimo loco revocari petitum: ex regula quod semper ultimam spolium sit purgandum: sic igitur ultimum attentatum sit prius revocandum.

146. Tertia opinio est, quod super neutro illorum procedendum sit ex regula in *leg. viro atq; uxore. 29. ff. solut. matrim.* quod paria delicta mutua compensatione tollantur: & quod privilegiatus non utatur privilegio contra pariter privilegiatum *l. verum 11. §. 6. ff. de minor.*

147. Quarta opinio, quæ & verior videtur, quod eodem tempore super utraq; procedatur, & qui prior probabit intentionē suam.

suam prior obtineat revocationem, cum utriq; jus competat, quod
sc. detur revocatio utriq; ante omnia si in probatione non dese-
cerint *Decius d. consil. 200. Lancellos. d. loc. à n. 15. usq; ad fin.*

148. Similiter in causa spoli locum non habere reconven-
tionem volunt *Specul. tit. de reconv. §. 2. n. 3. Clariss. Dn. D. Humm. in resol.
disput. Treut. d. disp. thes. ult. in princ.* tum quia agens super spolio non
tenetur in aliquo respondere adversario nisi prius restituatur *arg. c.
frequens de restitut. spoliat. in 6. c. ex conquestione ext. eod.* tum etiam quia
hoc expressè definitum in *c. ult. ext. de ordin. cognit.*

149. Hoc tamen non ad ipsam reconventionem prohiben-
dam sed ad ejus persecutionem spectare vult *Gisebert. d. c. 13. n. 8.* quod
agens de spolio non cogatur vicissim respondere tuis spoliatori-
bus, nisi prius facta restitutione coram eodem iudice. De hoc paulo
post plura dicentur.

150. Controvertitur quoque de causis possessoriis, quate-
nus in illis reconventio locum habeat? Et ut eo melius de hujus ve-
ritate constare possit, casus certos distinguemus cum *Vimm. d. disp.
thes. §. n. 16.* Primus ergo casus sit, si contra te ago interdicto adipi-
scendæ possessionis, tu me super eadem plane reconvenire non
potes: neq; petitorio, quia is qui agit remedio adipiscendæ posses-
sionis negat se possidere, unde non potest conveniri petitorio *l. final.
ff. de R. V.* neque possessorio eadem de ratione, quia agens non pos-
sidet *Marant. d. distinct. 6. num. 48. vers. & hac quoad. Trentacinq. d.
loc. num. 27.*

151. Hoc tamen limitatur, si conventus per institutam re-
conventionem interdictum retinendæ possessionis intentet, quia
concurrere possunt ambo per ea quæ habentur in *c. veniens 19. & ibi
Abb. ext. de prescript. Marant. & Trentacinq. d. loc.*

152. Aliud verò est si super re diversa contra te interdictum
adipiscendæ possessionis instituentem reconvenire velis: eo enim
casu indistincta procedit reconventio, sive fiat de petitorio sive de
possessorio *Marant. d. loc.* quod tamen fallit eo casu, quo ex *l. ult. C.
de edict. Div. Hadrian. toll. rerum hæreditariarum* possessio avocatur
à possessore secundum *Ménoch. d. remed. 4. adipiscend. pos. n. 640.*

153. Secundus casus est: si contra te ago retinendæ possessio-
nis interdicto super eadem re petitorio me reconvenire non potes,
quia

quia primò est discutienda causa possessorii l.ordinarii 13. C. de R. V. l. incert. jur. C. de interd. Barth. in l. naturaliter §. nihil commune in 5. combinat. ff. de acquirend. poss. Vid. Vincent. de Franc. decis. 193. n. 2. Secus est si possessorio interdicto mere reconvenire velis, tunc enim admittitur reconventio, quia ambæ causæ sunt summariæ possessoriæ ac pariter privilegiatæ: Et de possessorio retinendæ probatur l. si duo ff. uti possidet c. licet causam 9. ext. de probat. de possessorio recuperandæ probatur in c. veniens & ibi Abb. ext. de prescript. de possessorio adipsiscendæ per se patet, cum nulla urgeat contrarietas Marant. d. n. 43. vers. si vero actor. Trentacinq. d. loc. n. 26. Menoch. de retinent. poss. remed. 3. n. 705. Dn. Præcept. Bocer. d. disp. thes. 38.

154. Ubi autem super re diversa reconventio movetur indistinctè procedit tam de petitorio quam possessorio Barth. in d. l. naturaliter Marant. Trentacinq. dd. loc. Guid. Pap. in consil. 183. Cardin. in Clem. 1. Col. 2. in fin. de caus. possess. & proprietat.

155. Tertius casus est, si contra te ago interdicto recuperandæ possessionis undi vi, de quo etiam supra thes. 148. dictum, quod reconventio non admittatur, sive intentetur petitorium sive possessorium, sive reconventio fuerit super eadem sive diversa re instituta d. c. super spoliatione 4. ext. de ordin. cognit. Marian. Socin. ad d. c. 1. num. 61. Menoch. recup. poss. remed. 1. n. 382. & seqq. & auth. supra. alleg.

156. Et hoc adeo verum, ut reus illo interdicto conventus planè audiri non debeat, usq; dum plenissimo jure spoliatus restitutus sit, nec ipsi quicquã sive de spolio sive ejus fructibus tam percipiendis quam perceptis c. gravis 11. ext. de restitut. spolia, sive litis expensis absit c. ejectis caus. 3. q. 2. c. conquerente 7. ext. de restitut. spoliat. c. si Episcopus d. caus. 3. q. 2. Cothman. vol. 2. respons. 67. à n. 2. ad n. 12. ubi plures citat authores.

157. Hoc tamen quod modo dictum limitatur, quod fallat si reconventio etiam de spolio instituatur d. c. ult. ext. de ordin. cognit. vers. nisi super quaestione spoliationis Moliognat. de reconvent. quaest. 66. Marant. d. loc. num. 46. vers. unde non Lancelot. d. tr. de attent. c. 34. quaest. 14. num. 13.

158. Et hoc obtinet, si spolium illud fuerit in alia re admissum, quam de qua conventio fuit instituta. Nam si hinc inde super eadem re spolium admissum esset, negant Dd. simul & conven-

tionem & reconventionem moveri posse, super spolio : sed primo loco posterius spolium restituendum, & illo restituto demum super primo spolio agendum putant per l. si quis ad se fundum C. ad l. lul. de vi publ. l. recuperanda 6. Inst. de interdict. Menoch. d. n. 382.

159. Hoc tamen iterum Dd. limitant, quod non procedat, quādo prima spoliatio fuit major secunda : tunc enim prius spolium primo restituendum & secundo spolio primum prævalere volunt. Menoch. l. remedia. 1. recuper. post. n. 383. & plures ab eo allegat.

160. Deinde etiam non procedere volunt, quando secunda spoliatio facta fuit immediatè post primam : & tunc agenti ex secunda obstat prima : potuit enim primus spoliatus in continenti impunè spoliari l. quod est 3. §. cum igitur 9. l. qui possessionem 17 ff. de vi & vi armat. Decius cons. 460. n. 17. Menoch. d. loc. n. 384.

161. Hoc tamen iterum sublimitandum, quod sc. fallat cum lite pendente sit secunda spoliatio ; nam agenti ex prima obstat secunda, cum facta lite pendente dicatur gravior & major, atq; una via à spoliato electa eam sequi debet juxta l. si mulier 21. §. ult. ff. quod met. caus. Socin. jun. consil. 22, n. 11. 12. lib. 1. Menoch. d. loc. n. 386.

162. Ejus, quod supra propositum spoliatum interdictum recuperandæ proponentem reconvenire non posse, plures adhuc addunt Dd. limitationes : Fallere enim volunt & eo casu, quando contra reconventionem institutam à spoliatore non excipit spoliatus arg. c. 1. extr. de restitut. spoliat. v. mm. d. thes. n. 19.

163. Limitandum præterea censent, si super spolio convērus, non ipse spoliaverit, neq; spolium mandaverit, & eo casu fieri posse reconventionem c. cum dilectus ext. de ordin. cognit. c. super spoliatione in verb. spoliatorib. ext. de spol. quod propriè & effectivè de eo, qui verè spoliavit, intelligendum, cum odia sint restringenda c. odia de R. l. in 6. imprimis in exorbitantib. & contra juris communis tenorem introductis : Unde agens possessorio recuperandæ reconvenire super eadem etiam re interdicto uti possidetis potest, non verò super dominio l. 25. C. locat. Molinat. de reconvent. q. 66. ubi latè, Marant. d. loc. n. 44. & seqq. Trentacinq. d. loc. n. 22.

164. Hoc tamen, quod sc. conventus possessorio recuperandæ possit reconvenire interdicto, uti possidetis, sic intelligendum, quod obtineat, quando proponitur ex alia molestatione ex-

trajit

trajudiciali, non ex sola conventionē judiciali, quia ex hac sola non datur interdictum uti possidetis: qui enim suo jure utitur nemini facie injuriam per vulg. reg. Molognat. d. tr. q. 64 Marant. d. loc. n. 45. Abb. in c. cum dilectus 2. colum. 3. ext. de ordin. cognit.

165. Limitatur in super assertio ista in thes. 155. posita, eo casu, quo spoliatus, si rem ablatam antea omnia restituere teneretur irreparabile damnum accepturus sit, tunc enim ante omnia restitutionem non esse faciendam, & causam ipsam tractandam & executiendam esse volunt per c. literas 13. ext. de restitut. spoliat. Menoch. d. remed. 1. recuperand. possess. num. 388. & seqq. Cothman. vol. 2. consil. 67. num. 21.

166. Limitatur etiam supra d. assertio & eo casu, quo constat de non jure petentis restitutionem, & rursus jus denegantis restitutionem apertum est per c. significasti 4. ext. de divort. c. ad decimas 2. de restit. spoliat. in 6. Geil. 1. obser. 22. n. 4. circ. fin. Zas. in l. naturaliter 12. n. 50. ff. de acquirend. possess. Cothman. d. consil. 67. n. 35. ubi plures allegat. Dolo enim facit, qui petit, quod confestim restituere debet Innocent. in c. in litteris de restitut. spoliat. Zas. d. loc.

167. Limitatur præterea & eo casu, si post factam spoliationem spoliati jus deperat & evanescat. Tunc enim restitutio ante omnia fieri non debet l. 3. §. penult. ff. de vi & vi armat. Hinc etiã si post factam spoliationem usufructuarius, vel est vita functus, vel capite minutus illius hæredes non restituuntur possessioni, sed consequuntur solum detrimentum passum ob amissum usufructum d. l. 3. §. 17. ea sc. ratione, quod inhabilis sit persona in quam usufructus renovari possit Cothman. d. consil. n. 44. & seq. Secus verò si tempore finitus: tunc enim dejectus est restituendus l. si plures 9. §. 1. ff. de vi & vi armat. Menoch. remed. 1. recuperand. possess. n. 75. Plures hujus limitationes vide apud Menoch. & Zas. alleg. loc.

168. Quartus propositæ quæstionis casus sit, quando actor agit petitorio, & reconventio instituitur de possessorio: Et distinctè respōdendū. Aut n. reconventio fit respectu diversæ rei: & tunc reconventi actor potest tam petitorio quam possessorio Abb. in c. fin. colum. 3. vers. venio ext. de ord. cognit. aut reconventio fit respectu ejusdem rei: & tunc aut loquimur de possessorio retinenda, & in hoc casu procedit reconventio: aut loquimur, de possessorio recuperanda vel ad-

de, & tunc reconventio fieri non potest *Marant. d. distinct. 6. num. 49. Trentacinq. var. resolut. libr. 2. d. tit. de mut. petition. num. 200. Gisebert. d. tr. c. 15.* Et tantum de causis posse florere, quatenus in illis procedat reconventio.

169. In dubium vocatur & illud, an in causis in quibus imploratur iudicis officium locum habeat reconventio? Et distinguendum puto: aut enim in modum actionis imploratur iudicis officium, aut per modum extra judicialis actus, & libellum supplicis: Priori casu licita est reconventio per *l. 1. §. ult. & ibi Barth. ff. de extraordin. cognit. Schrader. de feud. p. 10. sect. 6. n. 99. Marant. d. distinct. num. 36. Specul. in d. tit. §. nunc dicamus vers. sed numquid habet locum. Socin. ad d. c. 1. num. 94. d. mut. petit.* Posteriori vero casu, quando scilicet proceditur per viam extrajudicialis cognitionis non permittitur, cum in his officium iudicis non succedat loco actionis *c. 2. ext. de off. & potest. judic. deleg. Marant. d. loc. n. 37.* ubi hoc exemplis illustrat *Vinc. de Franc. Decis. 193. n. 11.*

170. Dicunt quidem Dd. reconventioni locum esse, ubi iudicis officium principaliter imploratur *Petr. Frider. d. loc. c. 6. n. ult.* Sed hoc simpliciter admitti non potest. Neq; enim si illud quidem principaliter imploratur, sed non in formam iudicii, verum in modum actus extra judicialis reconventio admittitur *Socin. ad d. c. 1. n. 58. vers. octavo Marant. d. loc. cum generaliter pro regula habendum sit, nullibi reconventioni locum esse, quam ubi sit conventio, h. e. actio intentata & iudicium susceptum Gisebert. d. tract. c. 13. n. ult. in fin.*

171. Ex his omnibus nunc patet erroneam esse opinionem *Ant. Fab. 20. coniect. §. statuentis, tunc demum reconventioni locum esse, si conventio & reconventio de eodem negotio instituuntur per text. in d. l. cum Papinianus 14. verb. daturum vel facturum C. de sentent. & interlocut. quæ verba omnem dandi & faciendi causam complectantur l. verbum 218. de V. S. l. obligationum 3. de O. & A. Giseb. d. c. 13. n. 1.*

172. Neq; obstant verba in *d. l. cum Pap. 14.* eodem negotio: Hisce enim verbis Imp. hoc tantum vult, quod quis contra se illum iudicem repudiare non possit, si forte reconveniat à suo convento, cujus in agendo observat arbitrium: atq; vocabulum negotii referendum non ad ipsam causam controversam, sed ad instantiam, ut sensus sit actoris, si in illa instantia, qua reum conventum urget, iudicis arbitrium appro-

approbet, etiam approbare debere contra se in eodem negotio, h. e. si ipsi vicissim à reo lis moveatur *Gifeb. supra d. loc.*

173. Nihil autem refert, utrum reus super uno, an pluribus negotiis reconvenire velit auctorem *d. l. qui non cogitur 22. verb. actiones. ff. de jud. l. omnium 37. §. 1. ibi plures ff. de procurat. c. 1. & ibi Socin. n. 48 & Dd. extr. de mut. petit. Petr. Frid. Mindan. d. lib. 3. c. 7. n. ult. Gifeb. d. c. 13. n. 4. & 5.* Et tantum etiam de tertio membro, nempe in quibus causis locum habeat reconventio.

174. Jam quantum hujus propositæ disputationis membrum exponendum, nempe quo tempore & quo processu reconventio fieri debeat, & tandem etiam de fine & effectu interpositæ reconventionis: Et sciendum reconventionem instituendam durante judicio *c. 3. de rescript. in 6.* Sed id inter Dd. valde controvertitur, qua parte judicii sit proponenda? Et hujus quæstionis tres opiniones reperiuntur.

175. Prima est eorum, qui statuunt instituendam esse reconventionem priusquam in causa conventionis lis contestetur per *auth. & consequenter C. de sentent. & interlocut. c. 1. vers. in continenti extr. de mut. petit. Clement. sepè vers. verum verb. in litis exordio de V. S. Marant. d. distinct. 6. n. 5. vers. redeo* ubi dicit hanc explicationem omnium Dd. voto probari.

176. Secundo existimant nonnulli, quod possit quidem proponi reconventio post litem contestationem, sed tamen in continenti: quando quidem ea quæ fiunt in continenti videntur inesse, ac ita habentur, ac si in tempore ipso sint facta *l. petens 27. C. de pact. l. lecta 40. ff. de reb. credit. Scharf. ad d. auth. & consequenter n. 6. Socin. ad d. c. 1. n. 97. extr. de mut. petit. Emeric. à Rosbach d. tit. 46. n. 17. Trentacinq. d. tit. de mut. petit. n. 4. Dn Præcept. Bocer. d. disp. th. 41. Mysing. dec. ad. 11. respons. §. n. 11. Felin. in c. 1. extr. de mut. petit.*

177. Tertia opinio est, quæ & verissima, quod semper ante conclusionem causæ conventionis moveri & institui possit per *text. in c. dispendia §. reus quoque de rescript. in 6. & l. in rem 18. in pr. ff. de compensat. eadem* siquidem ratio reconventionis, quod sc. actor cujus in agendo observat arbitrium, eundem & contra se judicem dedignari non debet *d. l. cum Papinian. 14. obtinet* quocumque tempore durante conventionis judicio: idq; etiam expressè comprobatur *Ordinat.*

Camer. part. 9. tit. 30. vers. So aber solche Gegentlage / Pet. Frid. Mirdan. d. lib. 3. c. 7. n. 10. & seqq. Specul. d. tit. de reconvent. §. 3. Damlioud. in pr. civil. 6. 1. 41. n. 3. Clariss. Dn. D. Hunn. in resolut. Treut. d. disp. 16. sb. 13. lit. C. Giseb. d. tr. c. 19.

178. Reus autem reconvenire volens cautionem iudicio sibi ab auctore exigere potest l. 2. §. sed si dubitatur ff. de iudic. l. ordinata 24. §. ult. in pr. ff. de liber. caus. ubi in libertate proclamans, qui auctoris partes sustinet l. liberis 7. §. ult. ff. eod. reconventus fuit a actione furti vel legis Aquiliae & responderet Jct. Paul. auctorem interim cavere debere iudicio sibi & differendum iudicium furti & legis Aquil. donec de causa liberali sit iudicatum *Perr. Frid. Mind. d. loc. n. 15. & seq. id que non modo in civilibus, sed etiam in criminalibus obtinet l. si adulterium 38. §. ult. ff. ad l. lul. de adult. Giseb. d. tr. c. 22. n. 11. Vmm. d. disp. n. 24.*

179. Effectus hujus cautionis exaucta in mutuis petitionibus duplex est. Primus, quod si auctor eam praestare nolit coram eodem iudice in causa reconventionis, tunc iudex ei suam jurisdictione denegare possit: vel cogere ut satsdet l. 1. §. penult. & ult. ff. de Prator. stipular. Si enim auctor reo respondere noluerit nec reus conventioni teneretur, imo iudex ei audientiam denegare potest c. 1. & 2. & ibi Dd. *extr. de mut. petit. Specul. d. tit. de reconvent. §. videndum in pr. Perr. Frider. dict. loco num. 46. Barth. in d. auct. & consequent. n. 4. C. de sentent. & interlocut.*

180. Secundus effectus est, quod auctor qui praestitit cautionem iudicio sibi, si postea causa reconventionis terminata nolit reo respondere coram eodem iudice, sed objiciat fori declinatoria exceptionem contra d. l. cum Papinian. 14. tunc poena stipulatione comprehensa exigi ab eo possit, propterea quod per mutationem fori jus agendi reo difficilis & deterius reddiderit l. si quis 11. l. qui autem 12. ff. si quis caution. jud. fist. l. 1. & l. 3. ff. de alienat. jud. mut. caus. fact. Giseb. d. cap. 22. num. 15.

181. Observandum praeterea, quod si reus hanc satsdationem in exordio iudicii forte non exigit: vel quia id neglexit, vel quod actionem nunc primum nactus sit, quam tamen ob legis prohibitionem statim persequi non possit, hac quoque via sibi consulere possit, si constituit auctorem coram eodem iudice reconvenire, ut scilicet libellum reconventionis durante iudicio conventionis auctori offerat, & depositum deinde actis judicialibus inferi curet; jurisdictione
nam.

namque iudicis perpetuata censetur per libelli oblationem atque
praviam citationem, quæ litis pendentiam & prævencionem in-
ducit *cap. gratum 20. extr. de offic. & potestat. judic. delegat. c. licet. 30. extr.*
eod. c. proposuisti extr. de for. compet. Specul. d. vit. de reconvent. §. videndum 4.
vers. quid si reus statim n. 2.

182. Hinc in mutuis accusationibus, quæ simul uno iudicio
tractari non possunt, ideo quod altera levis, altera gravis sit, sufficit si
reus pendente prima accusatione inscriptionem seu libellum criminalis
reconventionis deponat, quam reconventionem prima ac-
cusatione peracta exequi non prohibetur *l. 1. neganda 19. C. de his qui*
accusat. non poss. de quibus pluribus supra thes. 104. & seqq. actum fuit.
Omnes siquidem actiones quæ morte vel tempore pereunt semel
inclusæ iudicio salvæ permanent *l. omnes 139. in pr. ff. de R. l. Gisebert. d.*
c. 22. n. 19. & seqq.

183. Ex quibus apparet non semper nec generaliter verum
quod Dd. tradunt: nisi iudex in causa conventionis simultaneè pro-
cedat, & uno quasi cõtextu & tempore sententiã proferat, eum ma-
le agere, & propterea appellari posse: Siquidem hoc certo iure ex-
pressum non est, nec iure canonico *arg. c. 1. & 2. extr. de mur. petit. nec*
etiam iure civili aut constitutionib. Imp. quibus potius contrari-
um probari videtur *arg. l. 1. §. ult. ff. qua sent. fin. appell. rescind. l. in hoc*
iudicio 27. ff. famil. herisc. & Ordin. Camer. d. tit. 30. p. 3.

184. Illud autem observandum, quod si reconventio move-
tur ante litis contestationem in causa conventionis, utraq; causa si-
multaneo processu sive una eademq; instantia tractari, & alternatim
cujusq; actionis iudicii actus expediri debeat: Si verò post litem cõ-
testatam objecta reconventio fuerit non opus est ut simultaneo pro-
cessu causa conventionis & reconventionis tractetur, sed qualibet
causa separatim expediri potest *d. tit. 30. p. 3. Ordin. Camer. Claris. Dn.*
Hunn. Præcept. meus semper colendus d. loc. Denais. injur. Camer. tit. 258.

185. Cæterum quod dictum causam conventionis & recon-
ventionis si & hæc instituaturs ante litis contestatione uno eodemq;
processu tractandam & una eademq; sententia finiendã esse restrin-
gendum est ad eum casum quando actiones sunt cognatæ, hoc est,
quæ ex una eademque causa vel obligationis vel rei proficiuntur
l. 1. §. ult. ff. qua sentent. fin. appellat. rescind. l. in hoc iudicio 27. ff. famil.
herisc.

hercisc. Thoming. decis. 16. per tot. & maxime n. ult. Marian. Socin. ad d. c. 1. not. 10. n. 17. in fin. vers. ad veritatem extr. demut. petition. Gisebert. d. cap. 20. n. 4. & seqq.

186. Neque etiam d. l. 1. §. ult. ff. quæ sent. fin appellat. ad quas cumque actiones extendenda: Loquitur siquidem J. Ct. Macer de petitionibus seu actionibus mutuis invicem propositis: quæ propriè mutua à J. Ctis appellantur l. si idem 11. §. sed & si mutua ff. de juris d. l. Lucius 38. ff. mandat. l. 4. §. tutela de O & A §. tutores 2. Inst. de oblig. quæ quasi ex contract.

187. Rationem quod attinet, cur sc. actiones cognatæ simultaneo processu expediri debeant Dd. hanc reddunt, quia si simul moventur unum constituunt judicium d. l. in hoc judicio 27. vers. uno judicio ff. famil. hercisc. una igitur requiritur sententia Dn. Hunn. d. p. r. resolut. disput. Treutl. disput. 16. th. 13. lit. D. Giseb. d. loc. n. 7.

188. In causis vero & actionibus non cognatis, sed diversis non opus est, ut simultaneè tractentur & eadem sententia finiantur tum quia nulla ratio evidens suadet actiones diversas, quæ nihil invicem commune habent, sed ex dissimilibus causis proficiuntur, uno processu expediri, cum tot intelligantur sententiæ quot causæ l. 29. §. 1. ff. de minor. tum etiam quia sententia in una prolata non parit exceptionem in altera l. 3. 4. 5. & 6. ff. de re judic. Gisebert. d. 17. c. 21. per tot. Ampliſſ. Dn. D. Hunn. d. loc. Petr. Frid. d. lib. 3. cap. 7. n. 14. Dissent. Thoming. d. decis. 16. Dn. Bocer. d. disp. de reconvent. th. 42.

189. Cæterum Dd. dissentientes tuam opinionem limitant tribus modis. 1. si videlicet causa celerem expeditionem desideret & cum periculo animarum sit conjuncta per text. in c. ex conquestione 10. extr. de restit. spoliat. Thoming. d. decis. 16. n. 18. Menoch. de arbit. judic. quasi. cas. 184. Marant. d. p. distinct. 6. num. 8. Socin. in c. prudentiam n. 17. extr. de mut. petit.

190. Deinde etiam judicem separatim pronunciare posse ajunt, si prius de una liqueat quam de alia Mynſ. 1. observ. 10. ubi ita in Camera observatum dicit Specul. d. tit. de reconvent. §. videndum 4. n. 5. Marant. d. loc. n. 11. Thoming. d. decis. 16. n. 11. & seqq. ubi hanc opinionem æquiores vocat & à judice servari posse concedit, ut tamen adhuc non cogatur cum id quod judicis potestati permittitur non statim etiam juris necessitati subjiciatur l. non quicquid 40. ff. de judic. Mynſ. d. obs. Ubi etiam id in Camera judicatum refert.

191. Et hoc adeo verum esse assertunt Dd. ut si de alterutrius sive convenientis sive reconvenientis causa non liqueat lata sententia super liquidata causa, non tantum valeat, modo in se justa sit, sed nec ejusdem executio impediri ullo modo possit: Nisi hinc inde quantitas debeatur, in qua facti specie sola appellationis via, non compensationis, cum debitum nondum sit liquidum *l. ult. §. 1. C. de compensat. executio suspendi potest late Socin. ad d. c. ult. de mut. petit. Moliagnat. de reconvent. q. 14. Marant. d. loc. n. 11. & 12.*

192. Tertio in reconventionem quam vocant impropriam, quæ demum ex intervallo post litem contestatam proposita, simultaneè procedendum non esse volunt per *text. in Ordin. Camer. p. 3. tit. 30. ubi manifestè id comprobatur Thoming. d. decis. 16. n. 5.*

193. His casibus exceptis statuunt Dd. supra citati, quod si simultaneus ille processus non observetur, non quidem nullus sit, neque sententia nulla, sed appellationis remedium competat. *Trenacing. d. lib. 2. var. resol. tit. de mut. petit. n. 10. Van. de Nullit. sent. ex defect. process. pag. 676. Clariss. Dn. Bocer. d. disp. thes. ult.*

194. Ex his nunc patet forma, & specifica differentia reconventionis, qua tum à conventionem, tum aliis exceptionibus discernitur, quod nempe reo contra actorem eodem durante iudicio per modum & viam actionis competat *d. l. 22. ff. de iud. l. cum Papinian. C. de sent. & interloc. c. 1. ext. de mut. petit. c. dispendia §. reus de rescript. in 6. Giseb. d. tract. 6. 4. n. 22. Socin. d. loc. n. 9.*

195. Quemadmodum autem in conventionem ita etiam in reconventionem requiritur libelli oblatio: Est enim de substantia iudicii ordinarii & necessarius *auth. offeratur C. de lit. contestat. sine quo sententia ferri nequit, si quidem eo libello conformis esse debet l. 18. ff. commun. dividund. Clement. sapè vers. verum quia de V. S. Geil. 1. obser. 66. Zaf. in π. ff. commun. divid. n. 21. Wesenb. consil. 13. n. 2. ubi quatenus hoc procedat & in π. ff. de edend. n. 8.*

196. Hoc tamen intelligendum secundum communiter à Dd. receptam distinctionem inter mutuas petitiones separatas & connexas, quales sunt duplicia iudicia familiarum herciscundæ, communi dividundo, finium regundorum: in hisce enim iudicio petitio agentis reconventionem operatur *arg. l. 2. ff. famil. hercisc. Bald. ad d. l. cum Papinian. C. de sentent. & interlocut.*

197. Requiritur item dilaciones deliberatoria, si modo reconueniens petierit, cum non debet auctori licere quod reo non permittitur, & eo iure quem uti auctor concedat necesse sit quod in se probauit Socin. ad d. c. ult. n. 9. de mut. petit.

198. Præterea in reconuentione etiam litis contestationis opus est, utpote quæ fundamentum & lapis angularis iudicii est l. 1. & a. l. seq. C. de lit. contestat. Geil. 1. obs. 75. n. 1. Mysf. 1. obs. 1. sine qua processus iudicii fit nullus c. un. ext. de lit. contestat. Felin. in cap. examinata n. 4. de jud. Hoc tamen itidem secundum supra datam distinctionem inter causas separatas & connexas procedere volunt.

199. Insuper quemadmodum in conuentione præstatur iuramentum calumniae, ita etiam in reconuentione: & hoc non tantum in reconuentione separata, sed & connexa l. cohæredes 4. 4. §. qui familia 4. ff. famil. heres. Socin. ad d. c. 2. n. 15. Spec. in tit. de iuramento calum. §. qualiter: item probationes, sententia, quæ quomodo proferenda supra dictum, & appellationes conceduntur, quod omni caret dubio: Et tantum etiam de forma reconuentionis: pauca addam nunc de fine & effectu.

200. Finem reconuentionis quod attinet is duplex est: Generalis & specialis: Generalis ille omnibus actionibus communis, ut sc. consequamur quod nobis debetur l. nihil est aliud si de O. & A. Specialis ut vel auctorem urgentem vicissim urgeat, vel ad negotium ultro citroque transigendum viam sternat præparetq; Giseb. d. tr. de reconuent. c. 29. n. 1. & 5.

201. Effectus reconuentionis varius est: Et ex parte auctoris reconuentionis insignis pro ipso reo, quod per eam auctorem reconuentum iurisdictioni sui iudicis, coram quo conuentus est subijciat, atq; adeo, ut nulla exceptione forum declinare possit per d. l. cum Papinianus n. 4. & ibi Sicheard. cum a. l. seq. C. de sent. & interloc. l. 2. §. sed etsi l. 22. ff. de jud. cap. 1. & ibi Cujac. extr. de mut. petit. Donell. 27. comment. 18. vers. 3. Giseb. d. l. n. 6.

202. Et hoc non tantum in reconuentione propria, quæ in continenti vel statim post litem contestatam proponitur, sed & in impropria ut vulgo Dd. vocant, quæ longè post litis contestationem, usq; ad sententiam fieri potest, obtinet Socin. ad d. c. ult. n. 21. Molignat. de reconuent. q. 81. Marant. d. distinct. 6. n. 6.

203. Habet præterea effectum reconventio, quod reus litur maxime velit pendente conventionis iudicio auctorem eorum alio iudice neutiquam convenire possit *Novell. 96. §. ult. vers. sancimus auct. consequenter C. de sent. & interlocut. c. ult. ext. de rescript. c. dispendia §. reus eodem in 6. de quibus plura supra proposita fuerunt.*

204. Disputationem hanc claudat quæstio illa, an de jure Saxonico locus habeat reconventio? Et quamquam *Wesemb. in w. ff. de compensat. num. 9. Ludovic. Fachs. differ. jur. civil. & Saxon. 46. & Reinhard. differ. 4.* simpliciter negent eo jure reconventionem instituere posse moti text. in *art. 12. Landrecht lib. 3.*

205. Verior tamen est contraria sententia, quod & jure Saxonico locus habeat reconventio per text. *express. in art. 61. lib. 1. Landrecht & art. 79. in fin. Landrecht eod. lib. art. 28. Weichbild Clarif. Dn. D. Huny. Præceptor meus æternum colendus in not. ad w. Wesemb. d. tit. de compens. n. 9. Giseb. d. tract. de reconvent. c. 3.*

206. Illud tamen pro decisione notandum, quod tunc demum jure Saxonico locus sit reconventioni, si primum contra ipsam instituta actio ad finem perducta fuerit *d. art. 12. Landrecht lib. 3. ibi Welcher Mann auff einen klaget / vnd jener wider auff ihn / der darff dem andern nicht antworten / er sey den erst ledig von ihm: atque non ipsam reconventionem, sed ejus persecutionem interim donec causa conventionis discussa in eaque decisum, inhibet Gisebert. d. loc. n. 13.*

207. Quod si verò eveniat casus ut duo simul & semel actiones suas apud judicem proponant tunc est in arbitrio judicis, cui ex istis gratificari velit propositam actionem prius audiendo & discutiendo secundum text. in *Landrecht lib. 1. art. 61. ibi klagen ihre zween zugleich / es stehet bey den Richter welchen er zuvor hören will.*

Et tantum de reconventionem hic dixisse
sufficiat,

G 2 COROL.

COROLLARIA.

1. An injuriam actio tollatur per retorsionem? Neg.
2. An filius justè exheredatus succedat in feudo. & regulariter succedit.
3. An uxorratione dotis præferatur omnibus mariti creditoribus expressam quoq; hypothecam habentibus? Affirm.
4. Si quis duxerit pro virgine gravidam, an errore postea cognito eam dimittere possit? Affirm.
5. An agnatus proximior vivens intra annos 30. feudum alienatum revocare negligens, mortuo eo proximior illud revocare possit? Affirm.
6. An consilia Dd. & deductiones jurium à iudice vel parte impetrata parti adversa petenti sint edenda? Neg.
7. An de crimine falsiliceat transigere? Neg.

SOLI DEO GLORIA.

PRAESTANTISSIMO DOMINO CANDIDATO
de Reconventione Disputaturo

S. P. P.

Pulchrum est certamen, quando par nobile fratrum
Contendit ad parentis æmulo gradu

Virtutes, & dona animi conscendere magni,
Ut quis proximus sit & simillimus.

De contestanda prudenter lite loquentem

Cathedra fratrem nuper audit tuum:

Nunc animus tibi differere est, quam arte modòque
Reconveniri possit adversarius.

Laudò utrumque: Sed hoc moneo: felicior ille est,

Finire litem qui potest, quam qui inchoat.

Et tamen hîc etiam verum est: Exordia recta
Progressus atque terminus lætus beat.

Dimidium facti, quis quis benè cepit, habere
Diu recepto dicitur proverbio.

Et fundamentum rectè qui jecit, eidem
Feliciter totam domum superstruit.

Balthasar Mentzerum.

II.

Ritè tuus frater nuper problemata Iuris
 Clareq; exposuit, Procèrum Iuvenumq; coronâ
 Auscultante ultrô responsa, effataq; Legum.
 Tu simile attentas prestare, & pulchra brabea
 Non sine laude tuâ gnare conquirere gaudes.
 Ergo tuo veluti fratri gratatus amico
 Ipse fuit nuper: tibi sic nunc gratulor imo.
 Pectore, quin etiam tibi comprecor omnia fausta:
 Hisce diu felix valeas, vigeasq; superstes.

AUTOGRAPHOS apposuit

Iustus Feſſerbornius, S. Theol. D. Profess. & Ecclesiastes.

III.

O tua tunc, Scherere, tui fratrisque videret,
 Gaudia, quem extinxit Parca severa; Pater!
 Tunc inquam, quando themis aurea ferta plicabit.
 Et vobis geminis ferta plicata dabit.
 Omnes lætitiæ numeros expleret, & alta
 Plaudentes posset prodere voce sonos.
 Uno quando die, quando unâ conferet horâ
 Sancta Dice vestis digna brabea comis.
 O igitur fausto geminum par sidere natum!
 Quod poterit patriam sic decorare domum.
 Quam multi cæpere patres hæc pectore vota,
 Sic Natos una in forte videre duos!
 Quam multis patribus sunt talia fata negata,
 Nec licuit tanta in laude videre suos.
 Usque aded heroum semen mala noxa parenti est,
 Et nati à patrio stemmate degenerant.
 Vos itaque in stadio hoc geminum par currite fratres,
 Et metâ optati langite curriculi.
 Gloria sic vestros cinget generosa capillos,
 Et laus ad vestrum stabit amata latus.

Conradus Bachmannus.

G 3

In

IN pulpito Fratrem tuum Doctoreo,
 Prior locabat hebdomas:
 Stabat, tenebat, explicabat optimè,
 Vbi visa controversia est.
 Cito gradu tu subsequens reconuenit
 Nunc amulus fratrem tuum:
 Vt quos parentis unitas conjunxerat,
 Spes maxima, & tenax Labor;
 Hos & parentis dignitas conjungeret
 Titulis, honoribus, gradu.
 Guberna eos Iehova, sospita, rege,
 Vt te colant, & seruiant
 Tibi, & tuis, quos vis iniqua praeuavat,
 Coërceant & improbos:
 Ad principes benè consulant, respondeant
 Et iusta sciscitantibus

Amici affectus & gratulationis causâ Imq; f.

M. Christoph. Scheiblerus, Prof. Log.
 & Metaph. & Pädagogiarchi.

ECce nunc tuæ, SCHERERE, causa diligentia
 Præstitæ JUR I patefeit! inde scilicet tuus
 Sedulas labos, & inde perpes illa lectio
CORPORIS JURIS! proinde visus in Collegiis
 Strenuo meis agone militare sæpius!
 Nempe militando ferta JURIS emereris
 Cogitabas? emerendo quippe ferta Laurea
 Ritè juris obtinenda: Ritè ferta Laurea
 Iuris obtinere perge, ter quater dignissime
 Candidate: macte laude: macte præmiis novis:
 Macte honore: MI SCHERERE gratulor conatibus
 Inclytis tuis: quid? Ipse gratulor mihi simul.

De tua Eruditione: de tuis honoribus:
Quas sibi faxit tibi, NVMEN utilissimos.

Amicæ gratulationis ac voti ergo
Christian. Liebenthal J. U. D.
& Profesß.

VI.

Sic igitur vos sancta capit concordia Fratres,
Atq; in proposito firmat ubiq; pari.
Astræ Studium Christianus sedulo amabat,
Astræ Studium tu quoq; sedulo amas.
Vsq; ad eò virtute pares, Pietate Fideque
Vixisti, nec non Sed alitate pares.
Porro etiam usq; pares estote & Honoribus hysdem
Consimiles: Sic vos quis neget esse pares.
Quando polo mittet vobis Astræ corollas,
Et manibus vestris gemmea dona dabit,
Publica tunc vox hæc per compita plena sonabit:
Schereri Studiis sunt & Honore pares.

Debita gratulationis causâ apposuit

M. Israël Bringius
Svecus.

VII.

NEC tu Carminibus nostris indictus abibis
SCHERERUM pars magna domus, Themidosq; propages
Sacratæ, nunquam non servantissimus æqui.
Fratris ad exemplum quod jam sublime Sacerdos
Justitiæ ingrederis templum, multoq; decore
Insignes contra Mystas, rerumq; peritos
Obvius ire paras, munitus in agmine longo
Dotibus ingenii summis, Virtuteq; Fratris
Istructus, magni Patris non degener hæres.
O fortunatos natos, quos diva Parentis
Sic virtus comitatur, honos, nomenq; Themistæ
Stat florens, animique bonis, Studiisq; probatum!

Scili-

Scilicet à fato sic perstat pulchra Parentis
Nescitque æternum sepeliri in pulvere Virtus

Congratulando

festinabat

Bernhardus Südefing Lemgovia-
Westphalus.


II X.

DIC age, quid voluit tibi contestatio litis
Quam tuus ante dies non multos frater habebat ?
Tene laceßitum veniebat, tene vocabat
Iudicis ante forum proprii contendere secum ?
Sic est: nec quicquam mea me sententia fallit.
Seria res agitur, procul ire calumnia iussa est
Iuramento etiam lis ergò ritè peracta.
Ecquid opus factu ? quanam via juris aperta ?
Quæ cum fratre tuo ritè experiaris ejusdem
Iudicis ad faciem, sic litem lite resolvens ?
Conveniens rursus fratrem, conventio talis
Apta tuis rebus visa est materia juris.
At nunc multa nimis subit admiratio mentem !
Ambo pares studiis fratres & moribus ambo
Consimiles subeunt juris certamen, & ambo
Præmia lauta ferent : hoc, hoc qua laude vehendum !

Amico & commensali honorando amicæ
gratulationis ergò posuit

Anton. Affelmann Susato.
Westphalus.

F I N I S.



35. Medicor, de dignitate equestri.
36. Schaeffer, de officio praefati castelli ad extrema obligati, seu sibi an optine sua, et si nunc dicitur cogitatio morum, ubi sit nunc dicitur cogitatio. *Plutarchus*.
37. Schaeffer, de peri cu losa conceptione instrumenti.
38. Romerfeldhausen, de parentibus inter liberos dispo-
nuntibus eorumque iuribus.
39. Pestel, exorc. acad. appendus solam ig norantiam
quantumvis iustam et probabilem nullam operari resti-
tutionem d. p. aduersus qualemcunque praescriptionem.
40. Pestel, de edicto D. Hadriani tollendo.
41. Pestel, utrum unus testis faciat torturae locum?
42. Paocubsch, de reuenditionis pacto.
43. Tuchs, matrimonium modo inconusue celebra-
tum validum.
44. Graffland, de conditione fortuna.
45. Grammelich, de illicito concubinato.
46. Grande, de iurejurando iure voluntario iure necessario
iure iudiciali
47. Grantzius, de tacite renunciatione iuris et lapsu
fatalium quae sit.
48. Judebeor, navigatio ad romanos usurarum.

49. Schaeffer, de acquitate edicti, quod quisque juris in alterum
placuerit, ut ipse eodem jure utatur.

50. Schaefer, an genus, vel nomen actionis in libellum
fit exprimendum.

51. Schaefer, de affirmatione contract. unilateral.

52. Schaefer, de convenientia et inconvenientia excom-
municatiois majoris cum basno imperiali, in genere.

53. Schaefer, de juris romani indulgentia circa concubitum.

54. Schaefer, de juri interrogatio sum.

55. Pauli, observationis curiosae, ex jure variis.

56. Pauli, de crimine allicijni ejusque poena.

57. Penningbittel, de testamenti imperfecti approbatione.

58. Carpzow, de usuris.

59. Ludovicus, de collatione bonorum.

60. Ludovicus, de mora tam debitoris, quam creditoris.

61. Ludovicus, de fidejussoribus.





Interdum tamen, tam heredibus
media competunt. Olim enim potestas erat
di fideiussores: Sed nouissimo iure non permi-
forem conueniri prius, quam excussio fiat in
isq̄ inueniatur minus idoneus.

XXVIII.

Sed, si fideiussor se obligauit vt prin-
suum proprium, nisi in specie beneficio exc-
C. eod: renunciauerit, recte Hyppol. de Ma-
debitore non excusso, affirmat, quod & nos
Elect: contrarium tueatur.

XXIX.

Si plures sunt fideiussores, singuli in se
& conueniri possunt, siue id nominatim co-
omnes sint soluendo, siue non,

XXX.

Contra quam tamen exactionem solia
Epist. D. Adriani succurritur fideiussorib. a
tor a singulis, modo soluendo sint, virilen-
latur, nisi & isti beneficio in cautione

XXXI.

Quod si vnus ex fideiussorib. se
subueniri solet, vt creditor compellatur vnu
ipse habet, adeo vt in solidum condemna-
niri coeperit, idem desiderari possit, & hoc
ante solutionem aut in ipsa solutione aut etia
libet spontaneam.

XXXII.

Et cedi debet actio talis, qualis fa-
adeo, vt si in solidum soluit, ius, quod
cedendum est.

Sil.

ribus Iuris re
to reo, eligen-
iter interces-
is principalis,

ndo debitum
uth. praesente.
ueniri posse,
muis Const:

re obligantur
non, & siue

diuisionis ex-
inceps credi-
etere compel-
um fuerit.

e velit, ita ei
nomina, que
cati conue-
nitramur vel
em, quam-

creditoris,
in solidum
Num

the scale towards document

